tuliet ꝛ sanguine rubet. Reddite q̄ tulistj ꝓtor⁹ alioqn dei ira i vos deseuiet: vt scelere vño publi caro suspendiū patibuli patiami. Interrogāt⁹ illis q̄s esset. Ego sum ait Nicolaus suus Jesu chr̄i. Territi illi ad iudeū veniunt: miraculū refe runt. Et q̄d iude⁹ fecerit imagini audiūt: ꝛ cūcta reddunt. Sicq; latrones ad viam rectitudis re deunt: et iudeus fidē amplectit saluatoris. ¶ Ite vir q̄dam rogauit b. Nicolaū vt sibi a dō filiū impetraret: vouens filiū ad eccl'iam ip⁹ du cturū ꝛ scyphū aureum oblaturū. Filio ḡ nato ꝛ educato: scyphū diligēs suis vsibus suauit: ali⁹ um eq̄lentē fieri pcepit. et sic nauigāt. ad eccle siam scti Nicolai: iubet pater filio vt illo scypho p̄mo aquā hauriat. q̄d cum facere puer vellet: in mare cecidit ꝛ statū disparuit. Pr̄ ḡ amarissime flens votū pfecit. Cunq; obtulisset scōm scyphū pectus cecidit de altari. Quo iterato oblato rur sus longi⁹ est pectus. Mirantib⁹ oīb⁹ ad b̄ spe culum. ꝛ offensa dōis cognita: ecce puer san⁹ p̄mū scyphū gestans aduenit: narrauitq; cozaz oibus quō b. Nicolaus sibi mor affuit in mari ꝛ illesum seruauit. Sicq; pater eius letus efficit ꝛ veruq; scyphū btō Nicolao obtulit. Ex hoc da ret q̄s feuere deus punit q̄ vota dō vl'scis facta nō implent. ¶ Item q̄dam vir diues meri tis beati Nicolai filium habuit quē Adeodatū vocauit: hic sancto dei capellam in domo sua cō struens: omni anno festū eius solēniter celebra uit. Adeodatus q̄dam vice ab Agarenis capit⁹ ꝛ in seruitutē regis cor deputat. Seq̄nti anno dū festū sancti Nicolai pr̄ eius deuote celebraret. et ipe adolescens Adeodatus cū pcioso scypho as fisteret regi Agarenor recolit suā captionē ꝛ pa rentū dolorē. ꝛ gaudiū q̄s ea die in domo sua fi ebat: cepit ali⁹ suspirare. cuius suspirū causam rent. minis error sit. Aitq;. Quicq̄d tu⁹ Nicolaus agar: tu b nobiscum manebis. Et ecce subito fa cto vento vehementi totam domū pturiente: pu er cum scypho rapit ꝛ ante fores parentū collo cat. ꝛ magnū gaudiū oīb⁹ generat. Hec suffici ant. O itaq; gl'iosissime sancte dei Nicolae ora p nobis. Amen.

Sermo sancto Nicolao de iugo christi portan⁹ do a tpe pstino Sermo. III.

b Dnū est viro cū portauerit iugū dñi ab adolescentia sua Thren. iij. A Charissimi: bec ꝓba merito de btō Nicolao assumunt ad ei⁹ lau dē ꝛ gl'ias. q̄ ipe nō solūmō ab adolescētia: imo a puericie cunabulis portare cepit iugū chr̄i q̄r ꝛ ferra ferēs ieiunādo. ꝛ deinceps ꝓtinue san ctissime viuendo. Un Amb. li. de viduis hortaī dicit. Suscipite iugū chr̄i: nolite timere: q̄ iugū amoris est. Festinate q̄ leue est. nō cōterit colla: sed honestat. nō alligat ceruicē vinculis: sed men tē gr̄a copulat. nō necessitate cōstringit: sed volū tate boni op⁹ diligit. Dicam⁹ ḡ cū ꝓphis oibus q̄ bonū est portare iugū dñi ab adolescētia. Et q̄b⁹ dicit arguit p locū a maiori. q̄ scz q̄ bonū ē viro portare iugū dñi ab adolescentia sua. ḡ me lius portare a puericia. sicut fecit btūs Nicola⁹ Un ad ei⁹ laudē ꝛ nostrā edificationē: ei⁹. s. erē plo conseq̄ndam notabimus ꝥ tria mysteria in xta p̄missum thema accipienda

¶ Primū mysteriū ꝺr declarande bui⁹ bonitat⁹ q̄ dicit ibi. Bonū est viro.

Scōm ꝺr supportande modalitat⁹: ibi Cum portauerit ꝛc̄.

¶ Tertiū ꝺr p̄mande suauitatis: ꝥ accipit ex eo q̄ ꝺr. Dñi iugū q̄s est suaue Matth. xj.

ꝥ Quātū ad p̄mū mysteriū de bonitate ac celerate penitēt̄ie ꝛ seruitut⁹ ip̄i deo q̄nto tempe stiu⁹ cepte: accedat hec q̄l'o Quicq̄d caro sapiat ꝓpitas ip̄a optimū iudicat: vt bō q̄nto celeri⁹ deo fuire incipiat ꝛ in pnie aspiratib⁹ se exerceat: nec q̄cūq; tpe differat ꝛc̄. Hec q̄l'o q̄uis nō indige ret ꝓbatiōe: vtpote manifesta: tñ ꝓpter eruditōez ꝛ iductōez carnaliū hoim declarat⁹ inp̄r. pbādo

¶ Primo p̄ auctoritates.

Secundo per rōnes.

¶ Tertio p̄ exempla ꝛ sil'itudines.

Primo inquā p̄ auctoritates. Nā Eccl'iastic⁹ ca. v. oēs adhortādo dic̄. Ne tardes cōuerti ad do minū ꝛ ne differas de die in die. Subito em̄ ve niet ira illius: ꝛ in tpe vindicte disp̄det te ꝛc̄. Itez ꝓba Jeremias in p̄misso themate oēs boies iuuenes ꝛ senes: magnos ꝛ paruos hortat⁹ com mendan. iugū dñi q̄nto celeri⁹ assumēdū: di. Bo nū est. sine addito dicit: q̄si p̄ antonomasiā indi cibile bonū sit. Viro dicit: nō puero. q̄ tales sūt viri moriib⁹: nō pueri. Sic econtrario alicq̄ sunt se nes mali q̄ pueri reputāt moriib⁹. De q̄b⁹ Esa. lv Puer centū annor⁹ morietur ꝛ pctōr centū anno rū maledict⁹ erit. Dicit denicq; Qui portauerit iu gū: nō quez portauerit. sic sunt illi q̄ in senectute tm̄imō volūt primo penitere. tales em̄ iugū pnie nō portant: sed ip̄i portant. Sicut em̄ bos vete ran⁹ nō pōt supportare ꝛ trahere iugū. sed pot⁹ iugo se supponendo portat: sic tales nō p̄nt porta tare onera pnie ieiunādo ꝛ carnē macerādo ꝛc̄. sed pot⁹ supportant a cōfessore pniam mitigāte ꝛ a deo clementissime ꝓdescēdēte. Subdit. Jugū dñi. nō diaboli: sic̄ sunt beu mlti q̄ ꝓ diabolo vl' mūdo subeūt mltos labores ꝛ fatigia ab adole scētia: pro dō nec modicū q̄d sustinere volūt. De talib⁹ Eze. ix. moza. ꝛ dist. xlvij. Oēs. ꝺr. Oēs h⁹ secl'i dilectores in terrenis reb⁹ fortes sūt: in cele stib⁹ debiles. Nā ꝓ tpali gl'ia vsq; ad mortē de sudare appetūt. ꝛ p̄ spe ꝓpetua nec paz in labore q̄dē sub sit tūt. ꝓ frenis lucri ꝙ flibz iniurias tole rāt. ꝛ ꝓ celesti mercede vel tenuissimi ꝓbi ferre cō tumelias recusāt. Freno iudicii toto etiā die assiste re fortes sūt. in oīone ꝓo cozā dño vel vn⁹ hore

momēto lassanť. Hec ꝛ plura ibi. Magna beu beu ꝓfusio est ꝺ hoiby. O deꝰ meꝰ magne ꝛ oipo tēs q̄s tibi tāta cordis defuit auiditate sīc mōdo O charissimi iudicate vosipsi q̄li ꝛ q̄nta dementia laborať q̄ ꝑ sempiťnis cruciatiby excipiēdis ꝓmptius diabolo fuiť ī varijs vicijs q̄ fuiret deo ꝑ eťnī regni p̄mijs adq̄rēdis. Hec q̄dā scūs in Vitaspa. aduertēs: cū vidiſſz q̄ndā femina lasciuo ornatu cōpositissimā: exclamās dixit fletdo Jḡsce mihi tḡsce mihi dñe deꝰ qz nū q̄ ego tantā opam vl̄ diligētiā accuratꝰ aīe mee ornatui dedi ꝑ te q̄ntā hec fecit ꝑ mūdi vanitate. Quo ꝛ saluatoꝛ nr̄ p̄ijssimꝰ Jesus oēs cuiuscūq; sexꝰ ꝛ etatis hoies inuitauit Mat. xj. d. Venite ad me oēs q̄ laborať ſ. ꝑ mūdi amore vel diaboli psuasiōe ꝛ oneraťi estz: pcō ꝑ onere. ꝛ ego reficiā vos. ſ. in p̄ñti gr̄e dulcedine: ꝛ in futuro glorie bītudine. Tollite iugū meū sup vos ꝛ inuenietis requiem aiabꝫ ꝛc. ℒ Sed arguūt carnales boies in ꝛnū sic. Nūq̄d decet meā naturā in iuuētute debilitare ꝛ morē mihi accelerare: qō fit in austeritate pnie. nunq̄d redibit bō in iuuētutē: faciamꝰ igit nūc qō carni liber. ſ. in iuuētute. ꝛ agamꝰ penitentiā in senectute. Ad hec rn̄demꝰ q̄ caro nr̄a nō debilitať ex discreta pnie amaritudie. imo fortificať ex eiꝰ assuefactiōe. sīc ꝛnie videmus ipam eneruari ꝛ viribꝫ deficere in delitijs. qō patz exp̄imento in militibꝫ se in bellis exercitātibꝫ ꝛ in hominibꝫ laborātibꝫ q̄ exercitio dediti fortiores existūt. candē q̄rati ꝛ delitijs occupati infirmanť ꝛ torpore iacēt. Unde Hiere. xxxj. Uspq̄ delitijs dissoluerꝫ filia vaga ꝛc. Videmꝰ etiā q̄ caro inpinguata ꝛ bñ pasta debilior reddiť ad labores sed infirmitate carnis depssať. ꝑ sus. Dum saturest vēter q̄rit dormire libenť. ℙer ꝛnū aūt vide scī religiosi. Uñ scribit Eccī. xxx vij. In mlt̄ꝫ escꝫ nō deest infirmitas. q̄ aūt abstinens ē adq̄etvitā Preterea de talibꝫ Jsō. li. iij. de sū. bo. ōr. Quidaz in iuuētute luxurioseviuentes: in senectute delectanť fieri ꝓnētes. tales neq̄ q̄ cōtinētes vocādi sē. nec bñt ꝑmū laboris: qz certamē ñ habuerūt. q̄s eū expectat gl̄a nisi i q̄bꝫ sē gl̄iosa certamia: Hec ille. Et sic ptz. ℣ Scōo oñdit ꝑ rones Ad id facit rō ꝑma dānositaťz. qz certū ē q̄ q̄ differūt ō die in diē ad deū ꝛuerti vl̄ ei seruire: mlta interim dāna patiunť: q̄nto plꝰ differūt. qz mlta bona pdēt q̄ interim faciūt vl̄ facere possent si in gr̄a extitissent. ſ. eoꝝ illō cp̄s q̄ differūt. vñ Ber. li. de ꝛēptu mūdi ōr. Deu beu nil p̄cio sꝰ cpe. nil hodievilꝰ reputať. qz. ſ. pnia negligit. Narrať q̄ q̄dā aīa apparuit cuidā scō viro q̄ inꝛrogabat eā di. Quid est qō ꝑmarie deflent infernales ex his q̄ in ℬ mūdo potuissent obtinere. Rn̄dit q̄ cps pditū q̄ potuissent i hora penitere ꝛ sic penas euadere: ꝛ celeste regnū hr̄e. vñ ania dānata daret tibi totū mūdū vt salt̄ eidē tu dares vnaz horā hui⁹ vite q̄ vere posset penitere. q̄rūt eū ibi morte ꝛ ñ ſuenīūt Apoc. xx. ℊ a fortiori q̄rerēt penitētie cps sed ñ dabiť eis. ℰ Sed q̄riť: q̄liť bō pdit cps. Rn̄r q̄ ꝑcipue tripl̄r. Prio peccando ꝛ i pcō pseuerādo ꝑ cps. Uñ Eccēs. ix. Qui offenderit in vno mlta bona pdet. Uñ scūs Egidiꝰ dixit. Sicut ꝑ vnū pūctuz i tarillo picetū fit sepe q̄ oia bona ꝛ lucra apō lusores amittūt sic in vno tpis momēto q̄ ꝓsentit bō pcō oia bona spūalia amitteť. Secō ꝺ fit vanis cogitatiōibus diuturnꝰ itēdēdo. Bern. Nē cps q̄ de deo ñ cogitasti cogita te pdidisse. Tertio ociādo ꝛ ō saluāndis aīe nō curando. Uñ Piero. ad Eusto. chriť. Nē cps i q̄ te melioraſſe ñ sentiſz extima pdidisse

℣ Secōa rō habilitať. qz q̄nto q̄s tēpestiuꝰ ad deū se cōuertit: tanto magis habilitať i bono ꝑ ꝓsuetudinē q̄ inde adq̄riť a tpis p̄ncipio. qz vt pbus ait: Cōsuetudo est alt̄a natura. Uñ ꝛ Prio uer. xxij. Adolescēs iuxta viā suā. ſ. ꝓsuetā gdit: ꝛ cū senuerit ñ recedet ab ea. Uñ ꝛ Bmb. i hexa. ōr. q̄ equꝰ quēcūq; passum a p̄ncipio assueꝰ fuerit nunq̄ postea illū iuueratꝰ dimitteť. Sic in ꝓposito. Ideoq; Holkot sup li. Sap. ōr. Nē pcm̄ is curabilius est in sene q̄ in iuuene. Cum em̄ dicēte pbo. iij. de aīa. Aīa būana in p̄ncipio sue creaťs tiōis est tāq̄ tabula rasa i q̄ nihil ē depictū: aptā tm̄ depingi. Sic ḡ i pgameno q̄cq̄d depingiť vitet deleť. etsi deleať: adhuc vestigiū aliq̄d manet: ita in aīa pueri bonū assuescēťz a p̄ncipio. qz q̄ nos tua testa capite iueterata sapit. ℬ Tertia rō sumitur curitaťz. qz scribiť. xij. q. j. c. Dis eras. Nil icertiꝰ q̄ vita adolescētiū. Sed vt ait Aug. ō docť. chriť ana. Nō pōt male mori q̄ sp bñ vixit. ꝛ vir pt̄ bñ mori q̄ male vixit. Uñ claret qz q̄ a p̄ncipio bñ vixit: secure moriť. qz hinc bñ erit. Hinc Augꝰ. de pe. dist. vij. Sicꝰ positꝰ i vltia necessitate voluerit accipe pniam ꝛ hinc vadit: nō p̄sumimꝰ q̄ bīe hinc erit. ſ. securꝰ hinc exit ego ñ ſ. securꝰ. pniaz dare possumꝰ. securitatē dare ñ possumꝰ. nūq̄d dico condēnabiť. sed nec dico liberabiť. Uis ḡ a dubio liberari. vis qō est icertū euadere: age penitentiā dū sanꝰ es. Si sic agꝫ dico tibi securꝰ es qz pniam egisti eo tpe q̄ peccare potuisti. Si aūt vis agere pniaz qñ tā peccare ñ potes: pcā te dimisert: nō tu illa. Dec Aug. Et ille rones sufficiant. ℣ Tertio p̄missa ꝛcl̄o declarať ꝑ exemp̄la. Nā bō bñs asinū vl̄ equū aut bonē q̄ sit iuuenis ꝛ forꝫ: stulte facit si tūc parcit illi ab oneribus ꝛ laboribꝫ sub hac spe ꝛ posito ipinguādo ꝛ pascēdo ipm q̄. ſ. postea antiq̄to iponat onera ꝛ labores. Sic stulte facit q̄ i iuuētute suo corpi pcit: sperās in senectute pniam agere. Itē stulte ē q̄ bñs vinū bonū ꝛ sapidū ex certa scia vult expectare vt corrūpať ꝛ tūc cū fetibꝫ bibat illud. Itez q̄so pēsa sīc̄s florem sue iuuētutꝫ offert diabolo volēs fecē senectutꝫ offerre chr̄o deo suo. Nōne talis cōprobat plꝰ diligere diabolū q̄ deū suū? Quapropē ōr Augꝰ. Maledictꝰ q̄ offert florem iuuētutꝫ diabolo ꝛ fecē senectutꝫ chr̄o. Et sic patz

Sed accedam⁹ etiã ad exẽpla sctõꝝ. Nõne ipse chr̃s dñs a puericia: imo ab instãti sue ꝛceptõis vsq; ad mortem acerbissimũ ꝓtulit martyrium mẽtis ꝛ penalitat̃ ꝑ nob. Aug. testat. qz tota vita chr̃i ab instãti sue ꝛceptõis crux fuit ꝛ martyrũ. O chr̃iane q̃ q̃ frõte renuis õscruire deo tuo merer a captiuitate ꝛ fuitute diabolica Aducerta m⁹ charissimi ꝛ oẽs dei scõs cũ q̃b volumus gaudere in celis vt imitemur ipos in terris: deo ꝛpetue deseruiendo. Precipue recogitem⁹ brũ Nicolai exẽpla q̃ a pueritia chr̃o defuire cepit vt nos saltẽ iã puecte etat̃ fuiam⁹ chr̃o dño. ¶ Quantũ ꝓfectõm ꝓncipale de mõ. s. portandi iugũ chr̃i: accipienda est hec ꝛclusio q̃ q̃libz chr̃i an⁹ ꝑ suo modulo debz sũmittere sua colla chr̃i Jesu iugo. Et hec ꝛclusio manifesta est ꝑ euãgel̃ Venite ad me oẽs ꝛc. Sicq; nullũ excipit. quia ꝑbs ait. Qui õr oĩs nihil excipit. j. pi. her. Et sub dit. Tollite iugũ meũ sup vos ꝛ discite a me qa mitis sum ꝛ humilis corde, In q̃b ꝙbis dñi saluatoris q̃dam q̃stiones occurrẽtes tacide soluũ tur. Prima q̃stio q̃d sit ẽ iugũ chr̃i. qz õr chr̃i cõiter expositores. q̃ est ipa lex euangelica q̃ ꝑcipue. s. in cruce chr̃i portãda fundat̃ ꝛ ꝓsistit. Luce. xiij. õr saluator. Qui nõ baiulat crucẽ suã ꝛ sequit̃ me nõ est me dign⁹ Et hec dicit iugũ. qz iugũ õr a iũgo iungẽdo. Sicut ei in iugo materia lia iunguntur duo aialia ad trahẽdũ iugũ ꝛ currũ. ita in iugo crucis chr̃i spũaliter ꝛiũgi debent hec duo. s. corp⁹ ꝛ aia ad trahẽdũ currũ vere crucis ꝛ gre diuine q̃ puenit ad chr̃m dñm in celo regnãtem. ¶ Scõa q̃stio q̃liter portari debeat iugum chr̃i ex ipo euãgelio: Rñdet cũ dicit Tolli te ait sup vos. nõ dicat: infra vos. sz: sup vos. qa multi sũt chr̃ianũ nomẽ tenẽtes: qõ est gl̃ia mag̃ne libertatis: q̃ tñ ꝓmittũt se iugo inferiori dep̃ ti. Quidã iugo auaricie terrene ꝛ cupiditatũ tã talpe q̃ qõ fodiũt sup se ponũt: sic isti terrena dilligẽdo. Quidã iugo luxurie: q̃ ꝓpẽ carnis volũ tum se subdũt: vt aiam ꝛ corpus tradãt in gehẽnam. Quidam iugo luxurie: q̃ ꝓpẽ carnis voluptatẽ adeo se sũmittũt vt diabol⁹ tanq̃ carnifex in eis occidendis ptãtem accipiat: veluti in bobus macrat. Sic sic solet diabol⁹ facere carnali carnifex facit: q̃ post labozẽ q̃ sibi fuierũt q̃diu ꝑtuerũt: postea cũ laborare ꝑ antiq̃tate nõ ꝑnt ipos macrat. Sic sic solet diabol⁹ facere carnali go carnis mundi q̃z ac diaboli. Vñ cũ chr̃s dñs dicit. Sup vos tollite. significat̃ q̃ iugũ chr̃i de bet sup oia alia iuga. s. carnis: mũdi ꝛ diaboli ꝑ ligi. ¶ Tertia q̃stio: q̃b signis chr̃ianus ag̃ sat̃ portare iugũ chr̃i Jesu bñdicti. Ad q̃ respõ der. ipe saluator: cũ subdit. Discite a me qz mitis sum ꝛ humilis corde. ꝛ sic inuenietis requiem aiabꝫ vr̃is. In q̃b ꝙbis notari põt q̃tuor signa tanq̃ q̃ttuor rote quas chr̃ian⁹ trahere debet in portãdo iugũ chr̃i. ¶ Prima rota ꝛ ꝓmũ signũ dicit obedientie. s. diuinis ꝑceptis. Jõ dicit. Discite. s. tanq̃ discipuli q̃ debent obedire mgr̃o Nã sine hac ꝑceptoꝝ obedientia nõ ẽ sal⁹ chr̃iano Mat. xix. Si vis ad vitã ingredi: serua ꝑcepta Nanc habuit Nicola⁹ q̃ nunq̃ peccauit mortaliter sicut deus id de ipo miraculose ostẽdit: cũ eo die q̃ nat⁹ est in pelui se erexit deo facere: ad significandũ ꝙ nõ esset recurs̃adus ꝑ ꝑcm̃. Scõa rota iugi christi tanq̃ scõm signum dicit vere discretionis diuine ꝛ amicicie sine qua nõ est salus christiano. Vñ ipe christus reqrenti legisperito q̃d faceret vt vitã eternam possideret: rñdit. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo: ꝛ in tota anima tua: ꝛ in tota mente tua ꝛc. hoc significat̃ quia dicit A me. s. christo discite: qui est to⁹ amorosus. ꝛ qui ꝑ nostro amore est incarnatus: passus ꝛ mortuus. ¶ Tertia rota ꝑ tertio signo dicitur pietatis ꝛ misericordie. Unde subdit saluator. Quia mitis sum. Nam omnis christianus in extremo iudicio iudicabit̃ de operib⁹ misc̃ie. Mat. xxv. Tunc dicet. s. christus. Esurini ꝛ non dedistis mihi manducare. sitiui ꝛ nõ dedistis bibere. Ex q̃bus habet̃ ꝙ iugum christi portans debet hec facere. Ad ꝓpositum Btũs Nicolaus magnã charitatem ꝛ pietatem habuisse ꝓbatur. qz honores ꝛ diuitias respuit ꝛ pauperibus sua distribuit: vt daret in legẽda quõ aux̃ cuidam canco volẽti suas filias ꝓstituere liberaliter donauit pluries. ¶ Quarta rota ꝑ q̃rto signo dicit vere pnie: quod noster saluator insinuat: cũ addit. Et humilis corde sum. Vera em̃ pnia in humilitate cordis nobis ꝓponit: vt sicut chr̃s dñs q̃ sine oi pcõ fuit: se ꝑ nobis humiliauit vsq; ad mortẽ: sic nos pctores hũilitatez pnie assumere debem⁹: Sic fecit btũs Nicola⁹ vigilãdo: orãdo carnẽ macerãdo: ꝛ alia q̃plurima bõa opando vt ptz ī legenda. Et sic ptz ꝙ ꝛ nos ꝛsiti mõ debem⁹ portare iugũ chr̃i. M

Quantum ad tertium ꝓncipale de iugi christi suauitate hanc accipiamus conclusionem: ꝙ videlicet dñi Jesu christi iugum deuotis aiabꝫ est suauissimũ ꝛ onus ei⁹ leuissimũ. Hec cõclusio expresse claret ꝑ ipius dñi sacrum testimonium. Mat. xj. di. Jugũ em̃ meũ suaue est ꝛ onus meum leue. Sed q̃rit: quõ possit dici suaue ꝛ leue cũ sit ꝛriũ carni ꝛ sanguini atq; erhorrescẽdũ vt nouim⁹ ꝑ exꝑimentũ. Uetat em̃ oĩs carnales delectatiões ꝙa crucis chr̃i imitatio. Juxta illud Gal. v. Qui chr̃i sũt carnẽ suã crucifixerunt cũ vicijs ꝛ ꝛcupiscẽtijs. Rñr ꝙ q̃libz iugũ chr̃i ꝛ ei⁹ crucis sit carni ꝛ sanguini horrẽdũ vt dictũ est tñ anie sctẽ multũ delectatiuũ ꝛ suauissimũ ꝑcipue ex tribz efficit. ¶ Primo ex deuota passionis christi recogitatione. Nam Grego. dicit. Si passio chr̃i ad memoriam ꝛ fuocet: nil tam durũ q̃ nõ equo animo tolerẽt. Qui em̃ difficulter ferens

nat: fcogitet q; de⁹ su⁹ chr̄s p eo i cruce fellet ace
to potat⁹ ē: t dulce erit sibi p deo sustiere Qui g̃
ue reputat orare: cogitet q; chr̄s de⁹ vsq; ad sā
guineū sudores orauit p nob Qui g̃ue extimat
carnē affligere t a pcō refrenare: intueat chr̄stū
deū q̄ē i cruce pepēdit t g̃acerba pass⁹ p nob
fuerit: t dulce erit ei oē qđ triste putat Ūñ De
bre. xij. Recogitate eū q talē aduer. se. sust. p pec.
c̄dictiōez. vt nō fati. ant. vīis defi. nōdū em̄ vsq;
ad sanḡ. resti. aduer. petim̄. Scōo ex amor⁹ di
uini iflāmatiōe q̄ exardescet in bñficio p⁹ ei⁹ t sue
bonitat⁹ ꝓsideratōe. Ūñ Aug⁹. ōr: p oia g̃uia ex
īmania: leuia t ꝑe nll'a fac̄ amor Tertio ex ce
lesti g̃tie remūeratōe q̄ expectat. Ūñ Hiero. De
ricula t angustias labor⁹ spes lucri recōpēsat. O
aīa fidel' ꝓpēde t pēsa q̄nta boies sustinere au
dēt p lucris terrenis: p qbꝫ labores sudores q;
pl'imos: famē sitim: t picula mł'ta via⁹ ac latro
nū libenē subeūt vt trāsitoria adq̄rāt: t modica
psepe lucrant. Te g̃ eēna t maria p̄mia ac regna
felicissima p iugū chr̄i nō tedeat libēti aīo q̄ situ⁹
rū O chr̄iane recogita qm̄ sanḡuie chr̄i filij ōi es
ablut⁹ t redēpt⁹. nō vt diabolo sed vt deo to⁹
to tpe vite deserui as. O oēs saluāde aīe ꝓpēdite
qz dicēte Apl'o. Empti est⁹ p̄cio mag̃. s. sāguinis
dñi: gl'ificate g̃ t portate deū i cor. ve. O bō siue
iuuenis siue sener ꝓsidera ereplū bti Nicolai q̄ a
puericia fuire cepit chr̄o t felicit⁹ ꝓsumauit i glo
riā sempit̄nā: quā nob p̄stet de⁹ Amē.

De sctō Nicolao t sctitatis ei⁹ excellentia Ser
mo. IIII.

Non est inuentus

Non est inuentus sil'is illi q̄ ꝓseruaret legez excelsi. Hec
ꝥba sumunt Eccl'i. xlıij. t cantant⁹ ab
eccl'ia de sctis ꝓfessoribꝫ pontificibꝫ. t sic int̄ eos
etiā de sctō Nicolao ℣ Solet q̄ppe bon⁹ de
us futuroꝝ p̄sci⁹ oñdere psepe boiem i ifantia
q̄lis futur⁹ sit i etate puerta. Sic̄ legim⁹ de Ja
cob p̄triarcha q̄ dei ordinatiōe adhuc i vtero mł'
no existēs: cū fratre gemio Esau pugnauit t vi
cit. Ūñ de⁹ dixit mł'i eoꝝ ꝓsulēti dñm. Due int̄
gētes in vtero tuo sūt: duo pl'i ex vētre tuo diui
dent⁹: pl'us q⁹ pl'm superabit: t maior⁹ fuiet mi
nori. t sic postea factū ē Genē. xxv. Sic benign⁹
de⁹ oñdit in btō Nicolao q̄d vł' q̄lis futur⁹ esset
cū ipm puerulū in die natiuitat⁹ sue dū balnea
ret in pelui miraculose fec̄ se erigi t deo laudes
dari: ad signficandū q̄ futur⁹ esset Nicola⁹ al⁹
tissime sctitat⁹: vt merito de eo dici possit ꝥbū p⁹
missi thematis. Nō ē inuēt⁹ sil'is illi q̄ ꝓfuaret le
gē excelsi. In qbꝫ ꝥbis cōmēdat btūs Nicolaus
de cribꝫ in quibꝫ non est inuentus similis illi: vt
patebit.

Primo de sctitat⁹ excellētia. qz ōr: Nō est inuē
tus similis illi.

℣ Scōm de innocētie baptismal' obſuātia: cuꝫ
addit. Qui ꝓseruaret legē

Tertio ō pseuerātie final' letitia. qō sequit ad
p̄missa ab excelso deo.

℟ Quantū ad p̄mū de excellentia sctitatis bti
Nicolai: qz ōr q⁹ nō ē inuēt⁹ sil'is illi: p̄ma frōte
occurrit qō i sta Urꝫ eccl'ia fm suū solitū cantū
ꝓcit attribuat hāc excellētiā vnicui⁹q; ꝓfessoꝝ. s.
q⁹ nō ē inuent⁹ sil'is illi q̄ ꝓseruaret legez excelsi.
Arguit⁹ q⁹ nō. qz vt ōr pbs. vij. Topi. Quicqd p
supabūdātiā ōr vni soli ꝓuenit. Sz b̄ dictū est p
supabūdantiā erp̄ssa ꝥboꝝ resonātia: cū ōr. Nō
est inuētus sil'is illi zc. g̃ de vno solo sctō p̄t⁹ fieri
cari. t p ꝓfis nō de alijs. quō g̃ eccl'ia b̄ idē vaci
ter cātare p̄t de singulis ꝓfessoribꝫ Nō est inq̄t in
uentus similis illi. Sed ꝓtra est. qz eccl'ie ip̄ius
rit⁹ a scriptura t a traditione apl'ica t ꝓsuetudi
ne sctā pullulauerūt. di. xj. Eccl'iasticaꝝ. t c. Ca
tholica. Sequit⁹ g̃ q⁹ cū eccl'ia rhōana cōiter sic
cāret: de singulis t vnoq;q; ꝓfessoꝝ est hoc dictū
verificandum. Rñdet⁹ g̃ ad q̄stionem p hanc cō
clusionem: q⁹ sctā eccl'ia tam ip̄i beato Nicolao
q; vnicui⁹q; ꝓfessori pontifici valet canere ꝓueni
enter t dicto veraci q⁹. s. nō est inuent⁹ sil'is illi q̄
ꝓseruaret legē excelsi ℒ Nec ꝓclusio obtēdit
tripliciter

℣ Primo ex rōne.

Scōo ex sil'itudine.

℣ Tertio ad ꝓpositū ex bti Nicolai sctitate.

Primo oñdit⁹ rōne fm Aug⁹ ā sup Eccl'i. xlıij. qz
ista excellētia attribuit⁹ sctis tm̄ mō q̄ntū ad exer
citiū vł' vsum aliq;rum ꝥrutū. t nō q̄ntū ad habi
tū. Sz qm̄ sic ē q⁹ q̄libz sctūs in aliq; ꝥrute emi
net q̄ ad vsum vł' exercitiū. q̄libet etiaz eminet in
aliq; gr̄a fm diuersam dispositionē naturalē ad
ꝥrutē aliquā aut ē exercitiū. qz vt ōr Hugo sup
li. angelice hierarchie. c. ij. fm gr̄am sē dona. fm
dona āt sūt merita. t fm diuersitatē meritoꝝ cō
stat diuersitas p̄mioꝝ. Hec ille. Si petas vñ b.
Rñdet⁹ q⁹ a dei sapia: vt in b⁹ q⁹ inē sctōs q̄libet
aliq; ꝥrute eminet in q̄ null⁹ ei sil'is est: appareat
mirabilis ōr sapientia q̄ in tanta multitudine ac
varietate sctoꝝ tātā posuit differētiā sctoꝝ meri
toꝝ. q̄ q̄dē differētia meritoꝝ licz nob incognita
sit: deo tñ bñ p oia nota est. Nos tñ plerunq; ex
perimur in sctis viris alios ꝓpollere abstinētia
alios sapia: alios castitate: alios deuotiōe. alios
patiētia. alios hūilitate: alios misc̄dia: alios ele
mosyna: alios iustitia: alios pietate: alios pau
tatis amore. alios diuitiaꝝ optimo vsu. alios re
giminis sci. t strenuitate. alios seruituris fidelita
te. t sic de alijs. Et idcirco q̄uis alicuius sancti
ꝥrutes nos lateant quas habuit t in qbꝫ nul⁹
lus ei similis inueniri potest: tamē deo benemo
te sunt: ꝓter q̄s possumus de eo dicere sic eccle
eccl'ia q⁹ nō est inuent⁹ sil'is illi zc. D Scōo
vt dixi b⁹ oñdit⁹ sil'itudine naturę hūane. qz vide
m⁹ in facie humana q⁹ vt ōr pbs in ꝓblematibꝫ

impossibile ē duos hoīes oīno repiri sīles. Sic ꝛ in gra ꝛ meritꝫ ꝙ oīa sīles nō pñt sctī inueniri. Proinde ꝑpē excellꝰ alterꝰ de illo dici pt. Nō ē iuenꝰ sīlis il. zē. Ad idē alia ē sīlitudo. qz Apls dr. Lxv. xv. Alia est claritas solꝫ: alia lune: alia stellaꝝ. Stella ei differt a stella ī claritate: sic ꝛ resurrectio mortuoꝝ erit. Hec ille. Sic ḡ videꝰ q̄li bz stella ab alia differt: aut figura aut motu aut claritate: aut q̄ntitate aut ordie respectꝰ ad aliā aut influētia: aut alio q̄uis mō. ita vnꝰ sctūs ab alio. ꝑpē qđ ꝟificaḳ pmissū dictū de q̄cūqz ꝓfesso rū. Nō ē inuentꝰ sīlis zē. ¶ Tertio oñdit cō clusio ad ꝓpositū ex bri Nicolai scitate. q̄uis eñ ipe sōissimꝰ plimas ꝟtutes ꝛ mltimo da merita bonoꝝ opeꝝ habuerit q̄ nos latēt: ī qb nullꝰ ei similis inuentꝰ est: ꝓssumꝰ tñ tria ꝓcipua ḡ tie munera notare in ipo in qb nō est inuentus filius ipi.

Primū ē festina scificatio

¶ Scōm est pnie acceleratio.

Tertiū ē innocētie decoratio.

Primū est inquā festina scificatio. qz tēpestiue valde. ſ. ab vberibꝫ mris sue sctūs fuit ꝛ scitatis opa incepit. In cuiꝰ signū eo die q̄ natꝰ ē seipz erexit dū balnearet in pelui: q̄tinꝰ ꝟ miraculo oñdet qđ ꝟ detorꝰ a terrentis eleuatꝰ seipm deo dedicarā hostiā offerret. Propterea de ipo merito canit illō Eccli. xxxix. Justus cor suū tradi. ad vigilandū diluculo ad deū q̄ fecit illū ꝛ ī ꝓspectu altissimi deprecabit. Sūt nēpe q̄ diabolo tribuunt totū in iuuētute: ꝛ tm̄ mō sue senectuti fecē vota tradere deo. Et tales vere sūt miseri. qz in sacra scriptura nulli est ausus dicere. Spes mea dñe a senectute mea: sed tm̄ mō ne pjiciaꝰ me in tpe senectutis. Qui eñ ipe suū vsqz ad senectutē sp vane viuēdo ꝓsūpsit: nō pōt ex suis meritis ꝓfidere gliam. sz tm̄ ne a miscōia dī abjiciaḳ oratione mea dñe a iuuētute mea. sic fuerūt Frācisc⁹: Dominic⁹ Martin⁹: q̄ in sua iuuētute sctī esse ceperūt. Felicioꝛes aūt qui dicere pñt. Spes mea ab vberibꝫ mris mee. sicut fuit Nicolaus. Felicissimꝰ aūt q̄ dicere pōt. Spes mea ab vtero mris mee. sic fuit Joānes bap. Hieremias ꝛ alij ī vtero sctificati. ꝑ oīa btā ꝟgo Maria mr̄ chri. Jtē alij sunt q̄ tradunt corpꝰ deo ꝛ nō cor: vt q̄ penitentie austeritatē exercēt in corpe: sed aīa plena ē mala volūtate ꝛ vicio sitate. sic sūt mali religiosi ꝛ hypocrite. Alij denīqz ecōuerso tradūt cor deo ꝑ deuoras affectiones: sz corpꝰ tradūt diabolo ꝑ luxuriā. Jtūs ꝟo Nicolaꝰ tradidit deo se totuz qz cor suū. i. se cū suo corde. qz corpꝰ suū ꝛ sanguinē obtulit deo macerādo: ꝛ aīam diligēdo ꝛ deum depcando. ꝛ hec fecit diluculo. i. in iuuētute: ī senectute imo in infantia a cunabul̄. ḡ zē.

Scōm est pnie acceleratio. qz mortnaꝰ ieiunauit ī cūtenerrima. ſ. infantia nō vno sed bino die hebdomade. Scōm ꝙ distinxit discernendo feriā a feria. ſ. q̄rtā ꝛ sextā. Tertiū ꝙ discernere potuit illos dies singul̄ hebdomadis q̄s dies dedicauit eccl̄ia ieiunādos ꝑ passiōe chri. Nā q̄s illū docebat nisi spūssctūs q̄ vbicūqz vult spirat. ¶ Sed cur placeret deo talis puerili innocētis satisfactio pniaḳ: cū nōdū peccasse potuerat. Rndeḳ ꝙ deo placuit eiꝰ pnia trib⁹ rōnib⁹. Prima rō ex pte ipiꝰ scti Nicolai. vt. ſ. tali decore pnie ꝛ meritis ꝺecoraret. Nō eñ vt purgaret (cū innocēs esset) placuit deo: sed vt ornaret. Est enīz pnia: q̄dam purgās. vt pnia Magdalene. Et ē pnia ornans. qz vt ait Bern̄. Cōfessio peccatoꝛē purgat ꝛ iustū ornat. Un̄ Emodiꝰ de q̄dam sancto pōtifice dicit. Pnia in eo ꝛsi nō inuenerit qđ purgaret. eū reppit qđ ornaret: di. pē. Cōfessiōez ꝛ decorē induisti. Talis fuit pnia bri Nicolai in puericia q̄ ornauit miro mō eiꝰ merita. Preterea est apud pctōres ꝑ ꝟriū q̄dā pnia maculans: vt Jude q̄ ipm nō mundauit sz maculauit Mat. xviij. qz ꝑ desperationē pctm̄ adauxit. Est ꝛ iterꝫ penitētia cruciās: vt est dānatoꝝ in inferno. Sap. v. Dicētes intra se pniam agētes zē. Scōa rō ex pte alioꝝ hoīm pctōꝝ: vt. ſ. mali q̄ nolūt ieiunare ꝛ penitere ꝓfundaṅ ī iudicio diuīo cū audiāt talē tenerrimū puerꝫ bino bebdomade die: non vno potuisse ieiunare. Boni aūt hoīes eiꝰ exemplo ꝓuocenṫ ad sīlia. Tertia rō ex pte passionis chri vt oēs hoīes inducaṅ ad cōpatiēdū chrō ꝑ nob passo q̄ traditꝰ ē feria q̄rta ꝛ occisus feria sexta: q̄tinꝰ eiꝰ passiōis vestigia seq̄mur ꝑ ipo carnē crucifigēdo cū vicijs ipiꝰ bri Nicolai puerili exēplo. Un̄. j. Pe. ij. Chrs ꝑ nob passus est vob relinq̄ns exēplū vt seq̄mi vestigia eiꝰ. O igiṫ boīes luxuriosi q̄ dediſt⁹ vos ad carnalia. o gulosi o delitiosi q̄ nil vultis in carne pati ꝑ chrō. o q̄qz pctōres quō creditꝫ vos cū chrō regnaturos ī gl̄ia q̄ ꝓpsitꝫ ꝑ eo q̄cqz pati resistēdo vicijs ī hac vita: aduertite exēplū Nicolai. Tertiuz est innocētie decoratio. qz sm doctoꝛes scificati miraculose: nūqz peccāt mortaliṫ tota vita sua. Talꝫ fuit be. Nicolaꝰ. ḡ zē. Gl̄iari ꝟo de innocētia oīmoda est paucissimoꝝ scōꝝ: sm Aug. li. xxj. de ciui. dei. De b̄ pl̄a articulo scdo. B

Quantū ad scōm pncipale de innocētie baptismalis ꝓseruatiōe accipiamꝰ bāc ꝓclonē q̄ q̄libz fidelis sūmope debet conari exēplo ipiꝰ bri Nicolai vt baptismalē innocētiā ꝓseruet illesam ab oī culpa tota vita sua. Nā ad id istruit nos pria sacra scptura Eccli. xxxiij. di. Qui baptizaṫ a mortuo ꝛ iterꝫ tāgit mortuū qđ pdest lauatio eiꝰ? q. di. nihil. Nā immūdus efficit sic ante. Sic q̄ lotus est in baptismo ab operibꝫ mortuis. i. pctis qđ pdest si iterꝫ redit ad pctā? Imo vt scribit. ij. Pet. ij. Si refugiētes coinquinationem. Lyra. id est peccata: in agnitione domini nostri Jesu chri. id est. ꝑ receptionez fidei: bis rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora

priozibꝫ .s. ꝙ̄ aggratiōnē ingratitudis. Sc̄dō
ꝫ dicat z rō. qz ꝓmisim⁹ in baptismo abnegare
satbane z oibꝫ pōpis z oibꝫ opibꝫ ei⁹ z oibꝫ fal/
lacijs ei⁹. de ꝯse. di. iij. Primū. Et. xvij. q. j. Sūt
q̄daz. Et ꝙ ꝙ̄s ꝓmisim⁹ nos cauere ab oi pctō
mortali tota vita ad ꝥuādum innocētiā bapti/
smalē. sine ipi⁹ ḡ obꝥuatiōe nō est sal⁹. imo scito
q̄ nūq̄ ꝙuentes ad visiōez dei añq̄ sis plenissi/
me expiat⁹ vl̄ꝫ vl̄ i purgatorio vsq̄ ad q̄drantē
minimū pctōꝝ z sic innocētie restituet⁹. Un̄ pī. q̄/
rit di. Quis ascēdet i montē dñi aut q̄s stabit in
loco scō ei⁹. i. i celeste regnū. Rñdet. Innocēs ma
nibꝫ. i. opibꝫ. ꝫm Lyrā. q̄ ꝙ man⁹ ō signant: eo q̄
man⁹ ē oz̄ganū oz̄ganoꝝ: li. iij. de aia. z mundo
coꝛde: q̄ ñ accepit i vano z̄. ꝫ accipiet bñdictiōez
a dño. Nimiꝝ de talibꝫ q̄ recidiuāt nec curāt de
baptismali innocētia ꝥuāda. ij. Pe. ij. grauis hꝫ
snia sic. Melⁱ⁹ inq̄t erat illis ñ cognoscere viaz
vitaꝛ q̄ꝫ post agnitiōez retroꝛsū ꝙuerti ab eo qō
illis traditū est sctō mādato. Lyra. qz ꝙ ingēitu/
dinē talꝫ bñficij accepti agḡuat pctm̄. Tertio ad
idē exēplū. Judas fuit baptizat⁹ sic̄ z ceteri apli
ꝙe chīi. de ꝯse. di. iij. Un̄ ab hierosolymis. z ca.
se. Sed postea istā innocētie gr̄az collatā pdidit
tō meli⁹ illi erat si nat⁹ nō fuisset. Mat. xxiij. De
nicꝫ ꝑmi parētes accepant a deo innocētiā quaz
peccādo amiserūt. ꝙ̄ qō chīs dñs voluit acer/
bissimā mortē ꝓ̄stinere. z sic recuꝑare nob. De/
bem⁹ ḡ nos vsq̄ ad mortē agonizare ꝙ ipa ꝯser
uāda exēplo oim sctōꝝ chīm imitātiū pfecte.

Ꝺ Sz q̄rit. quō valeat chīian⁹ custodire ino
cētiā baptismalē ab oi pctō imunez tota vita sua
vl̄ꝙe lōgo. Rñdet ꝫm doc. vt colligit ex scꝑturꝫ
Ad id valēt z iuuāt ꝑcipue q̄tuoꝛ. Primū est ꝙ/
te carnis. s. mortificatio q̄ tanq̄ sal ꝑseruat a coꝛ
ruptiōe carnes. Un̄. j. Coꝛ. ix. Castigo coꝛp⁹ me
um z i ꝓ̄uitutē redi. ne foꝛ. reꝓbꝰ efficiar. Hoc
fecit Nicola⁹ a puericia ꝙ̄tinuādo ieiuniū. Secū
dū est ꝙ̄positi firmatio de cauen
do oi pctō. z ꝙ ꝫ iugꝫ oꝛo Mat. xxvj. Vigilate z
oꝛate ne z̄. Hinc Rich. de scō vict. ōt. q̄ hi q̄ sē
culo dediti nec firmā hñt volūtatē pctā cauēdi
facillime z crebꝛo i pctā ruūt. q̄ aūt firmā hñt vo
luntatē nō facile cadūt. nec putandū est q̄ tales
in q̄uis modico peccēt mortaliē. qz vt idem dicit
Mortale pctm̄ nō fit sine graui iiuria ōi vl̄ grā
di ꝙ̄ceptu primi. Nicola⁹ id fecit z̄. Tertiū est ꝙ/
te itellect⁹ ꝓ̄bi dei auditio z ꝫm ꝫ ꝙ̄scētie freq̄ns
rectificatio. Un̄ Greg. Quotidiana examinatōe
teipm discute q̄lis sis in moꝛibꝫ z q̄lis in affecti
bus: qō iusti assidue facere nō desistūt: sicut scri
bit. s. Prouer. xij. Cogitatiōes iustoꝝ iudicia. s.
eraminatiōis ꝙ̄scētie. Et ponit exēplū idē Greg.
di. q̄ sicut nesciētibꝫ nob mutat in nob coloꝛ ca/
pilloꝝ z barbe i caniciē tēpoꝝ successu: ita anim⁹
nr̄ q̄tidie mutat in vicia ignoꝛātibꝫ nob: nisi sol/
licite nr̄os ꝓfect⁹ defectusq̄z ꝙ̄siderem⁹. Sic fa/
ciebat btūs Nicola⁹ q̄ eccl̄iaꝝ terebat limia. z q̄
q̄d de scꝑturꝫ audire poterat: armariolo pecto
ris recōdebat. J Quartū ē ex pte exterioꝝ oc
casiōis deuitatio. Sūt aūt occasiōes cadēdi i pec/
catū: mulieꝝ ꝙ̄sortia z colloquia: iuuenū lasci/
uie: sensuū exēioꝝ curiosa euagatio: ociū: volu/
ptas cogitatio mala z cupiditas. Qui ei ab his
se ñ cōpescuerit: citoꝛ facillime ruet in pctm̄. z sic
inocētiā pdit. sicut pz de sodomis q̄ ꝙ̄ hec ru
erūt in pctā enoꝛmissima. Ezech. xvj. Ecce hec fu
it iniq̄tas sodome. superbia. s. de se ꝑsumēdo. satu
ritas panis: delitiose viuēdo. noie eīm panis in
scꝑtura intelligit oīs cib⁹. z abūdātia. s. diuitiaꝝ
cupide amataꝝ. z ociū ipi⁹ z filiaꝝ ei⁹. z manum
egenoꝝ pauꝑ nō poꝛrigebāt. z fecerūt abomi/
tiōes coꝝ me. Decibi. Sic exponit Lyra. Un̄ z
Inno. extra de renūcia. c. Nisi cū pdē. ꝫ. Uez. ōt
Delectas z voluptas arma sūt bestis antiq̄ ad
miseras aias capiēdas. Btūs Nicola⁹ hec oia
multū cauebat. ḡ z̄. Nā z ab adolescētia iuue/
nū lasciuias z ꝙ̄sortia mulieꝝ deuitauit: sensus
suos q̄nq̄. s. visum. auditū: gustū odoꝛatū z ta/
ctū diligenter custodiuit ne moꝛs intraret ꝙ fene
stras istas. iuxta dictū Hiere. ix. Cogitatiōes ma
las exboꝛruit. humilitatē iugiē renuit. Jē pietas
tē sūme amplerat⁹ est. z diuitiaꝝ amoꝛē cū mlt̄ō
abūdaret adeo ō coꝛde abdicauit vt tribueret oī
nedū peꝛēti: ꝫ etiā nō peꝛēti: qō pauꝑ diuites fa
ciūt. Nā dato auro trīū ꝓginū nefas ꝓbuit cū
nō peteret. z ꝙ ꝫ marie grat⁹ fact⁹ ē ōo. Aug. Nō
est qō ita deo amabiles nos faciat vt pietas. De
nicꝫ ociū toto vite ꝙe sic declinauit ab adolesce
tia vt nō trīm dieb⁹ imo noctib⁹ media ipa nocte
añ oēs ageret se Nicola⁹ eccl̄ias freq̄ntādoꝛ oꝛā
do: bonis q̄z opibꝫ insudādo. Un̄ dei reuelatio
ne declaratū ē q̄ ꝙ ꝫm⁹ media nocte ad eccl̄iam
oꝛatoꝛ⁹ aduenīret: is dign⁹ episcoparu Mirree
ciuitatis foꝛet. cui⁹ inq̄t nomē Nicola⁹ est. Et sic
fact⁹ est electⁱ⁹ Epūs. O igit charissimi oēs nos
studeam⁹ ipm imitari: carnē mortificādo: firmū
ꝓpositū cauēdi pctā assumēdo: ꝓbū dei audiēdo
oꝛādo: z occasiōes pcti declinādo. R

Quātū ad tertiū ꝓncipale de ei⁹ ꝑseuerātie fi/
nali leticia accipe hāc ꝯclusionē. q̄ sic boim in
pctis iacētiū finis ē doloꝛ z mestitia: sic bonoꝝ
ꝑseuerantiū finis est gaudium z leticia. Et hanc
sufficiat breuiter esse ꝓbatā. qz regula general' ē
q̄ q̄ male viuit male finit. z q̄ bñ viuit bñ finit.
Nā articul⁹ fidei ē q̄ q̄ bona egerūt ibūt i vitaꝫ
eternā: q̄ ꝓ mala egerūt i ignē eternū: vt dē Atha
nasi⁹ i symbolo. Btūs itaq̄z Nicola⁹ vtpote bo
n⁹ z scīssim⁹ ꝑseuerādo i bono z dei gr̄a i moꝛ
te gaudere babuit: nō timere. nō vt pctōꝛes q̄ in
egressu anie nimis timēt laq̄os mortis z pctōꝝ. in
immanitatē: dei iudiciū z demōes z inferni sup/
plicia: vt merito dicat Pī. quia moꝛs pctōꝝ pes
sima. Sz sctūs Nicola⁹ egressus est cum mult⁹
plici leticia. Primo de diuina pꝛotectione. quia
animam suam in manus dei cōmendauit q̄ ei

valde secūp. Jo.x. Nō rapiet eas dq̄q̄ de manu mea. Scōo de angelop occursu z bonoratione qz rogauit dñm z ipe misit ei angelos salutātes eū: nō vnū sz mltos: vt deduceret honorifice. sic z de Lazaro legit Lu.xvj. q̄ portat⁹ sit ab angel' i sinū Abrae. Tertio de celesti melodia z oim be atop ? gtulatōe. qz vt legit de eo, melodia celestj audita ē cū portaret in celū. Ecce ḡ q̄bonū ē ho mini vt deo defuiat toto tpe vite sue. Ue ār ve z ve bitātib⁹ in tra. i. petōrib⁹ frenis adherētib⁹ vt scribit Apoc. viij. qz deducunt nō ab angel' sz de mōib⁹ñ honorifice sz turpissime z crudelissime tractantib⁹ moze torop: nō ? gaudentib⁹ sz fre mentib⁹ ira z furore in eos vlulātib⁹ p rapina moze lupop rapacū. sz iust' boib⁹ gaudiū ieffa bilez leticia: vt bñ Nicolao. sic scribit Esa.lv. In letitia egredemini z i pace deducemini: mōtes z colles cātabūt coz ā vob laudē: z oia ligna regiōis plaudēt manu. Ubi notat q̄ i bonop assūptiōe gaudēt ip̄imet. iō dz: i letitia egrediemi. Gaudet angel⁹ custos q̄ i pace deducit, gaudet tota trini tas p̄: fili⁹ z spūscūs. iō dz. mōtes i pl'i ap̄e tres psonas. Jē gaudēt oēs angeli. iō dz q̄ colles. i. ageli cātabūt laudē. Gaudet q̄z btā v̄go maria ? fessores: v̄gines z electi oēs. iō dz: oia l'gna regi onis. Q̄ō gaudiū nob p̄stare dignet dñs ieſus q̄ viuit i secula Amē.

De scō Ambrosio fmonē vide in cōi scōp.

De ? ceptiōe btē Marie vide in libro stellarij.

De scā Lucia Sermo cū Legēda.

Ti illumnas lu/cernā meā dñe de⁹ me⁹ illūina tene/bras meas: qm̄ i te eripiar a tēratiōe ceret scā Lucia. Lucia q̄ ap̄e q̄si luc' via a luce de noiat. q̄ q̄dē fuit erā spūal'r tāq̄ lucerna i scā ec clia, ardēs p charitate: z lucēs p vitatē sapie per quā oēs exēplo bonop opep illustrauit. Et qm̄ ip̄a a deo fuit illūinata: iō potuit bn̄ z q̄uenienē dicere Tu dñe illūinas lucernā meā. z vt magis ac magis illūinet postulat di. De⁹ me⁹ illūi, tene. me. Deniq̄ exq̄ i sui pſecutiōe spūscūs ip̄az vir ginē tāto p̄dere fixit: vt. s. nullaten⁹ moueri pos set. sz maris miracul' oia tēra mēta vicit. iō qz dice re potuit. Qm̄ i te. i. p te z p tuā v̄tutē eripiar a tē tatiōe. zc. De hac ār gl'iosa v̄gie Lucia iurta p̄miſ sa v̄ba tria p̄cipua magl'ia notant⁹ p edificatiōe. Prio q̄ fuerit diuiali luce lūinosa. Cū dz. Tu il lūinas dñe. Et itez De⁹ me⁹ illūina tenebras me as. Ubi p figurā Epimonē idē repetit ad maio/ rē certitudinē. s. hui⁹ mysterij. Scōo q̄ fuerit vir tuali exēplaritate famosa: cū dz Lucerna meam. Ut ei Bre. dz Lucerna dz q̄si lux i testa. s. fragili tio q̄ fuerit martyrij passiōe victoriosa cū subdit qm̄ i te deo eripiar a tēratiōe. s. pſecutiōis. Fm hec ḡ tria mysteria notabim⁹.

Primū dz luminositat⁹
Scōm dz famositat⁹
Tertiū dz victoriositat⁹.

Quo ad p̄mū mysteriū lūinositat⁹ accipiā⁹ hāc ? cl'onē q̄ vera lux aīe sol⁹ chr̄s ieſus ē illūi/ nās mētē scē Lucie: sine q̄ luce nemo p̄t ad cogni tionē diuinop ptingere. Hec ? cl'o declarat

Primo auctoritate.
Scōo rōne.
Tertio exēplaritate.

Prio inq̄ auct̄e Jo.j. Erat lux v̄a q̄ illūiat oēm hoiem venientē in hūc mūm. Jte eiusdē. viij. idem saluator ō se ait. Ego sū lux mūi q̄ seq̄t me. s. p fi dē formatā charitate: nō amb. i tenebr⁹. s. ignātie z culpe. z p ? ns nō veniet ad tenebras gehenne q̄ st̄ termin⁹ p̄dictap tenebrap. Propt̄ b Mat. viij. dicunt tenebre exteriores. i. vltime. Per chm̄ ei facta ē vitas ? tenebras ignantie: z gr̄a ? tene/ bras culpe: z dabit gl'ia rep: omissa ab eo ? tene bras gehēne, p̄cea subdit. Qz hēbit lumē vite: qz p irradiatiōez h⁹ luc' eleuabit intellect⁹ ad vi dēdū deū clare. z p ? ns affect⁹ ad fruēdū ipo pfe/ cte i q̄by ? sistit vita etna: iuxta illō Jo.xvij. Hec ē vita etna vt cognoscāt te deū vez. z quē misisti Jesū. Hec Lyra. Qz ex his auctib⁹ cōnes oc/ currūt aliq̄ ōclarāde. Pria q̄ō. quō chr̄s dñs dz v̄a lux mūi cū min⁹ videak illūinare mūm ḡz sol iste visibilis: q̄ oriē q̄tidie sup bonos z malos. Chr̄s ār nō illūinat nisi bonos. z ista illūiatio n̄ est visibil' cōit. Rñr fm mgr̄m Lyrā z ? cor. do/ cto. q̄ chr̄s dñs dz lux. z vere lux vtpote ver⁹ dz fili⁹ q̄ genit⁹ ē a p̄re de⁹ ver⁹ de deo vero lumen de lumie: ? subalis eidē vt canim⁹ i symbolo. Ni ceno. Lux eñ vel lumē magis ap̄rie dz i spūalib⁹ ḡz i cor̄palib⁹: z marie i deo vl' i diuis. qz lux hz ee manifestatiuū q̄ō ap̄rie hz locū i cognitiōe intel lectiua q̄ sūmū tenet ḡdū. Et tō ipe de⁹ sol⁹ ē lux p ēntiā. qz ab ipo ois noticia deriuat. Quia ār i v̄bo diuio oia declarant q̄ō v̄bū ē chr̄s: idcirco ap̄issime dz lux. De⁹ q̄p̄e lux ē: z tenebre. s. ignā tie vl' defect⁹ aut culpe i eo n̄ sūt vlle. j. Jo.j. Dic Aug. iij. sup Gen. dr. Chr̄s n̄ dz sic lux sic lapis scz angular⁹, velut etiā agn⁹ aut leo. sed illō dz p prie. b figurate. q̄uis ḡ chr̄s de⁹ nō videak luce/ re nob petōrib⁹ i b mōdo ocul' cor̄palib⁹: est tñ ve rissime lux illuminās aias Ubi ē aduertēdū fm eūdē Lyrā sup Jo.j. q̄ aliq̄d dz vez tripl'r Uno mō. qz distinguit ? falsū. z b mō sol⁹ chr̄s dz z est vissima lux a q̄ oēs deficiētes nō vere dici p̄t il lumiati: eo q̄ q̄uis multi habeāt lumen rōnis naturalis sic p̄bi: illud tñ deficit a cognitōe diui nop. z sic a rōne vere lucis deficit. qz tñ pagani z p̄bi habuer̄t de deo aliquā cognitionē: illa tñ fuit admixta mlt̄s errorib⁹. Propter quod dicit Apl's Rbo. j. c. Cū cognouissent deū n̄ sic deū gl'ifi cauer̄t aut gr̄as ege. sz euā. i cogi. suis z obscura

tū est insp̄icēs cor cop̄. Et b̄ claret in Aristotele q̄ inē alios pb̄os dicit̄ ven⁹ scp̄sisse: z tū i pl̄ib⁹ de uiauit a ꝟitate. vt ptz ō mōi cēnitate: de intelligē ciap̄ numero z cap̄ felicitate: de trinitate z alīs pl̄ib⁹. q̄nto magʒ alīj pb̄i errauere. Scdo aliq̄d ōr vep̄: qz distinguit̄ ꝫ figurale inq̄ntū figura fce dita p̄fecta rei ꝟitate. sic ōr chr̄s vere agn⁹ dei ñ rei ꝟitate sz figurali. qz in veteri testamēto cp̄sti us agn⁹ innocēs pascbal⁹ imolat⁹ qz p̄ p̄cīs chri stū vere p̄ p̄cīs nr̄is in cruce imolādū figurauit chr̄s tū nō fuit agn⁹ realit̄ sed hō. Tū chr̄s fm b̄ cētā ōr ꝟa lux. qz cognitio vl̄ illūinatio diuino rū in veteri testamēto fuit tm̄ mō ymbratica z fi gural' ꝟitatʒ: sz chr̄s vere se figuratū i nouo testa mēto declarauit: z ad cognitiōes diuinop̄ vere p̄ duxit. Tertio ōr vep̄: qz distinguit̄ ꝫ p̄cipans. multū em̄ distat inter tale: puta bonū vl̄ lucidū p essentiā: z inē tale p̄ p̄cipationē. sic inē solez q̄ lucet p se: z inē aerē lucidū p̄ p̄cipationē a sole. Deꝰ āt ē bonꝰ z lux p essentiā a q̄ sūt oia alia bo na vl̄ lūinosa p̄ p̄cipationē. Et ió ꝟacissime dici tur chr̄s deꝰ lux. qz p essentiā ē lux z p̄ seip̄z. Alia āt oia dicī p̄nt lūinosa p̄ p̄cipationē. z p̄ ꝫnēs ñ tā vere. qz qō est tale p̄ eēntiā est cā oim alioꝝ. ij. metaph̄. sicut ignis ē cā caliditat̄ ī ferro ignito. z idcirco verꝰ ōr ignis calidꝰ q̄z dicat̄ ferrū cali dū. Et sic p̄z ꝫpositū q̄ chr̄s dn̄s ōr vere lux. qz sine falsitate sine ymbra: z sine p̄cipatiōe. Alīj āt sc̄i puta apl̄i dicunt̄ lux mōi vl̄ lūina p̄ p̄ci pationē a chr̄o. ℣ Scdo q̄ ō ozit̄ ex eo q̄ dicat in p̄missa auctoritate Joānis. Illūinat inq̄t oēm hoiem: quo b̄ vere de chr̄o dicat: cū m̄tos vide am⁹ infideles z p̄cōres q̄ nō illuminā̄t sz peunt z tū ōr: omnē hoiem. q̄ ei ōr ois nihil excipit fm pb̄m. j. p̄i her. Rn̄r fm Lyr̄. vbi s. q̄ b̄ sic intelli gendū ē q̄ chr̄s illuminat oēm hoiem q̄ntū in se est. qz q̄ aliq̄ nō sūt illuminati b̄ ió ē: qz se subtra hūt ab influētia hui⁹ lucis. sic claudēs oculos se subtrahit a luce solis. z sic ei⁹ culpa ē q̄ ñ videt. nō defect⁹ ex p̄te sol'. Vel dicēdū subtili⁹ ꝫpē obie cta q̄ sic distinguit̄ sup. j. sniaꝝ. di. xlvj. c. ij. z apō logicos: q̄. s. vniuersal' signi distribuō fit dupli cit̄. q̄nq̄z simpl'r: vt cū ōr. Oia q̄cūq̄z voluit deꝰ fecit in celo z in terra. q̄nq̄z aūt distributiōe accō moda. sic cū ōr. Iste mgr̄ docet oēs pueros de ci uitate. Hoc ei nō est simpl'r de oibꝫ vep̄: q̄m m'l ti sūt pueri q̄ nec scholas intrāt: sed de his tm̄ q̄ discūr. Sic est in ꝫposito. de his tm̄ q̄ illumiari volūt. qz p̄ nullū nisi p̄ chr̄m illumiari p̄nt bo mies. Et tal' distributio accōmoda excipit mul tos. Talis āt modꝰ loq̄ndi freq̄ns est i scp̄turis vt cū ōr q̄ deꝰ vult oēs hoies saluos fieri z ad agnitionē ꝟitatʒ venire: cū tm̄ multi pereāt. Item oēs in Adā peccauer̄t: z tū chr̄s nō peccauit nec bta ꝟgo Maria fm nr̄os doctores. ℣ Ter tia q̄stio ozit̄ ex eo q̄ ōr: Venientē in hūc mōm. Tū hoies venīūt i hūc mōm: nunq̄d antea fue runt in alia vita vt inde venerint huc? Rn̄det fm Lyr. ibidē. q̄ est modꝰ loq̄ndi ad significandū q̄ hō fm p̄ncipalē p̄t̄. i. fm aiam a q̄ ōnoiat rōna lis: venit. s. p̄ creationē a deo creāte ex nihilo z in fundēte in corꝑ organizatū. aia em̄ in creādo ij fundit̄ z infundēdo creat̄: vt ait Aug. Et sic aia i hūc mōm venies ōr ab euangelista hō: eo mō q̄ ps p̄ncipalioꝝ rei ōr ipa res. r. li. Et b. Sic exēpli gr̄a. Cū p̄ncipes regni aduenīūt vl̄ ꝫuenīūt i ali quē locū: ōr regnū illuc ꝫuenisse. ℣ Scdo il la ꝫclusio p̄dicta declarat̄ rōne tali fm eundem Lyr̄. ibidē. qz hō fact⁹ ē z ordinat⁹ ad q̄ndā finez supnaturalē. i. ad bitudinē q̄ excedit lumē natu ralis rōnis: fm q̄ ōr Esa. z Apl's. j. Cor. ij. Oculus nō vidit deꝰ absq̄ te z auris nō audiuit: nec in cor hois ascēdit q̄ p̄parasti dilī. tē. Ad finē aut̄ incognitū nō p̄t hō moueri. qz fm Aug. inco gnita ñ possum⁹ diligere. Et. ij. de aia. Nil volitū nisi cognitū. Sicut em̄ poter⁹ q̄ auri p̄ciositatez nō nouit discernere q̄ntūcūq̄z eidē apponat auꝝ p̄ciosissimū vl̄ purpura aurea aut lapides p̄cio si sternant: pl⁹ eligit iacere in sceno luti feridi. q̄a illō nosc̄t sibi placere p̄ olfatū. Auꝝ aūt aut pur pura nil delectāt ipm. vtpote suo sensui brutali minime nota. Sic i ꝫposito est de nob q̄ assueti q̄ sunt bona p̄ciosissima diligere nō nouim⁹. nec de eis iudicare scim⁹. sic ceci nati de coloꝝ ibus. nisi a deo infunderet̄ tali ceco cognitio coloꝝ: aut as nimali bruto discretio inē p̄ciosa z vilia. cū em̄ sciret vere extimare. Jóq̄z hō cū in honore cēt nō intellexit: nūc aūt post p̄cm cōpar⁹ est iumētis et similis fact⁹ ē illis. dicēte p̄s. Ad finē suū ꝫseq̄ndū necessario indiget illustratiōe supnaturali vt in illū dirigat̄. z ad videndū deū p̄tingat. Aut em̄ di uina siue ꝟbū qō idē est nō p̄t videri p̄ essentiā cognitione naturali. qz talis cognitio est tm̄ mo p̄ effect⁹ q̄ nō adequāt ꝟtutē p̄me cause: sed in t finitū distāt ab ea. Idcirco oꝑtet vt ad veraz dei cognitionē illustret̄ supnaturalit̄ p̄ dei ꝟbū q̄. ℣ Qz si diceres. q̄ excusabiles sūt infideles: q̄. s. nō bñt hāc illustratiōez quā ex naturalib⁹ ñ p̄nt hīe. Rn̄det idē Lyra q̄ deꝰ pat⁹ ē eā hoib⁹ dare qz natura nō deficit i necessarijs: vt ōr. ij. de aia Etsi b̄ vep̄ est de natura naturata: multo forti⁹ vep̄ est de auctore ipi⁹ nature q̄ est natura natu rans. Et ió si hō faciat q̄d in se est ꝫuertēdo se ad deū p̄ cognitiōem z amorē. p̄t p̄nt hec ex natu ralib⁹ bīt: deꝰ supplet reſidui addēdo nature p̄ fectiōez gr̄e: illustrās ei⁹ supnaturali illustratiōe nisi p̄ p̄cm hō ponat obicē. qz vt scribit Jo. ij. Lux. s. chr̄s venit in mōm sz dilexerūt hoies ma gis tenebras q̄z lucē. erāt em̄ op̄a eop̄ mala. Et sic p̄z dei maxima misericordia erga nos. Tertio dicta ꝫclusio declarat̄ exēplo. Scim⁹ em̄ q̄ ros mūdus sine chr̄o fuit semp̄ in erroribus idolatrie sed p̄ chr̄m illuminat⁹: vep̄ deus cognouit. Hic z beata Lucia: vt patebit in sequentibus.

D Quo ad scōm mysteriū. s. famositatē sufficiat accipe. p ꝓclone z er ei⁹ legēda ōclarari q̄ vicz beā ꝥgo Lucia clarē ꝥtutib⁹ lucida ē ī tota eccl̄ia famosa z oīb⁹ fidelib⁹ imitāda. Primo nāq̄ ipa claruit fidei ꝥfessione. qz cū esset Lucia virgo syracusana nobilis genere: sed nobilior fide audiēs famā scē Agathe p totā sicilā diuulgari sepulcrū ei⁹ adīt vna cū mr̄e sua Eurbicia q̄rtu oz annis fluxū sanguis incurabilē patiēte. Inde igit missaꝝ solēnia ꝓtigit legi euāgeliū in q̄ bī q̄ dixī mulierē ab hac passiōe sanauit ad tactū fimbrie vestimēti. Tunc Lucia mr̄i dixit. Si credis ꝥtus noie est passa. s. in celesti pātria. z credes ꝓfuge sepulcr̄ ei⁹ z sanitatē recipies. Lunq̄ iuxta sepulcrū oraret: Lucia somn⁹ arripuit: viditq̄ sanctā Agathā in medio angelor̄ gēmis ornatā z dicētē sibi. Soror mea Lucia ꝥgo deo deuota q̄d a me petis q̄ ipa poteris p̄stare ꝓtinuo matri tue. Nā ecce p fidē tuā sanata ē. Et sic p me citas Rabanēsiuz sublimat a chr̄o: ita p te Syracusana citas decorabit. qz iocūdū deo in tua ꝥginitate habitaculū pparasti. Exp̄gefacta surrexit. z ecce mor mr̄ ei⁹ pfectissime sanata fuit. Vñ claret q̄ fides in ipa fuit deuotione feruida. qz dicit ꝥgo ꝥtuosa. qz mirad'ose mr̄em sanare meruit. Et fa toīcūdū deo habitaculū pparauit. Fuit z firmaz it pectore plena. qz mr̄ez ad sepulcr̄ scē Agathe durit vt sanaret. z ad credēdū firmit̄ in chr̄o idu xit. z sic p̄ceptū ō bonore petuz ipleuit. Fac z tu o chr̄iane sili. J Sc̄do claruit plenitudine z maria ad paupes libalitate. Nā tūc dixit mr̄i sue. Ecce bi de cetero nolies ꝓponsum: sed q̄cūq̄ mihi datu sanata es. p ipam ḡ te depcor q̄ te sanauit ne mi ra eras. p dote: oia pauplib⁹ elargire. Cui mater. Lege pus oculos meos z q̄cūq̄ volueris de facultatib⁹ facito. Ad quā Lucia. Nō sic mr̄. nā q̄ morīes das ideo das. qz tecū ferre nō potes. nec B sati. charꝝ deo est. Pa igit dū viuis chr̄o tua et mercedē habeb. Cū itaq̄ domū redīsset totū p̄ri moniū vēdiderūt z pauplib⁹ erogauerūt. K Tertio claruit charitate. s. ꝓstāti. q̄ aiaz z corp⁹ chr̄o Jesu sacrificandū obtulit. Nā spōsus eius bis p̄dicī auditis rarit eā cor̄ā Paschasio ꝓsule suo. Tūc Paschasi⁹ mādauit eā sacrificare idolo. Cui Lucia rīdit. Sacrificiū placēs deo ē visitare pauperes z eis subuenire. Et qz tā āpli⁹ nō bibis. ego aūt decreta p̄ncipū custodio: z vt sacrifices volo. Lucia rīdit Tu tuoꝝ p̄ncipū decreta custodis: times: z offendere nō vis: illiscq̄ placere desideras. ego āt deū meū timeo: ei⁹ legē custodio z offendere caueo: ac vt chr̄o placeā ꝓcurro. tu ḡ fac q̄d tibi videt. ego facio q̄d mihi vidi nīcē. J Quarto resplēduit mūdissima ꝥginitate. s. carnis z anīe. qz oēm corruptiōez pēti cauit q̄d ē maxim. qz Paschasi⁹ hec ab ea audiēs dixit sibi q̄ q̄si meretrix loq̄rer. Lucia rīdit. Corruptores mēs z corpis inq̄t nūq̄ sciui. Et Paschasi⁹ ait. Qui sē corruptores mēs z corpis: Lucia rīdit. Corruptores mēs vos estis q̄ suadetis venie ōlerār suuz creatorē: dicēte ap̄lo. Corrūpūt bonos mores colloq̄a p̄ua. Corruptores vero corpis sūt q̄ delectatione corpalē ꝓponūt epulis sempiternis. D Quito hūilitate. Nā his auditis dixit Paschasi⁹: Cessabūt ꝥba cū puerī fuerit ad ꝥbera. Lucia hūiliē rīdit. Verba dei cessare nō p̄nt. Cui ille. Tu ḡ dic̄es. Lucia ait. Ancilla dei sum: z ī dixi verba dei. qz ipe dixit: q̄ cum steterit̄ inq̄t añ reges z p̄sides nō vos estis q̄ loq̄mini sz spūs p̄tis vr̄i q̄ loq̄. ī vob. Sz b q̄rit: q̄re se Lucia nō noiauit spōsā dei vl' filiā sz ancillam. Rñr q̄ b fecit cā hūilitatis. Filia cīm vl' spōsa dei efficit̄ q̄s p gr̄am. Nemo aūt scit. p certo se hr̄e g̃ tiā nisi p dei reuelatiōez q̄ rarissima ē. Vñ Eccli. ix. Nemo scit vtr̄z odio vl' amore dign⁹ sit. Et idcirco noluit illa noia sibi arrogant̄ attribuere. ancilla ꝥo chr̄i eē ōr aia inq̄ntū ab ipo ē p̄cio sanguis empta. iuxta illō ap̄li Empti estis p̄cio magno: gl'ificate z portate deū in corpe vr̄o. Et ī b dixit de q̄ certa erat cā hūilitatis. In q̄ nob oīb dat exēplū hūilitatis. N Sexto sagacitate. s. diumal' sapie q̄ p̄cipue ptz in rīsis ei⁹. tā p̄cedētib⁹ q̄ seq̄ntib⁹. Nā cū hec dixisset: Paschasius ait sibi, In te ḡ est spūs scūs: Cui Lucia. Qui este viuūt exēplū sūt spūsti vt dicit ap̄l's. Tūc paschasi⁹ dixit. Ego ḡ te faciā duci ad lupanar vt tibi ꝥginitatē amittas z spūm scm̄ p̄das. Lucia rīdit. Nō inq̄nat corp⁹ nisi de ꝓsensu mēs. Nā z si thura in manu mea offeras inuite: deo b deridz zē. Vñ si me inuitā violaueris: merces mihi duplicabit̄ ad coronā. nunq̄ aūt volūtatez meā ad ꝓsensum poteris ꝓuocare. Finitq̄ hec ꝥba sūt tā ꝓfunde sapie vt etiā doctores de b disputauerit D Nā apud doctores q̄rit. Utr̄ ꝥgo violent oppressa amittat aureolā ꝥginitatis: Et rñdet fz nostrū Ricb. sup. iiij. di. xlix. arcq̄ Petrū aure. z cō cor. scm̄ Tho. ibidē. q̄ ꝓpt̄ b nō amittit̄ aureola ꝥginitatis dūmō ꝓpositū fuādi ꝓpetuo ꝥginitatem nō interrūpat: illiq̄ actui nullo mō ꝓsentiat: z b siue ꝓ fide siue ꝓ q̄cunq̄ alia causa violēter corrūpat. Sz z si hoc ꝓ fide sustineat: erit ei plus meritoriū z ad genus martyrij p̄tinebit. Dinc Lucia dixit: q̄ si iuita corrūpit: merces sibi duplicabit̄ ad coronā. B nō est intelligendū q̄ habeat talis duas aureolas ꝥginitatis: sz qz duppler p̄miū reportabit. Unū ꝓ ꝥgitate custodita. Aliud ꝓ iniuria passa. Daro etiā q̄ tal' violenter oppressa ꝓcipiat: nec er b p̄miū ꝥgitatis p̄dit fm Tho, vbi ḡ. Vñ Aug. v. de ciui. ōi. c. xix. ōr. q̄ nō amittit̄ sc̄itas ī corpe oppresso manēte aīe sc̄itate. sic̄ amittit̄ sc̄itas corpis violata aīe sanctitate etiā corpore intacto. Et. xxxij. q. v. ca. Magis

De scto Thoma apostolo

Idē Aug. 8t. Violētia in carne nō violat pudici
cia si mēte kuat. Et ad id facit etiaz Amb. dictū. c.
Tolerabili⁹. c. cā 7. q. Et sic ptz rnsio p Se
¶ Tertio addem⁹ de adiũctiõe pauli. s. i passionis socũ. ꝫ iõ: qꝛ ꝫ ẽ festũ ambox.

℟ Circa ꝓmũ ꝺ amoꝛe petri ad chꝛm̃ sit ꝓ cõclusiõis documẽto q̃ bñs petr⁹ ꝓbat chꝛm̃ ꝺilexisse ferventius ex signis pluribꝫ. ¶ Primum signum in vocatiõe. qꝛ ꝓter amoꝛez chꝛi ad ipius vocationẽ ꝓtinuo ꝓrempsit oia. z relictꝫ omnibus secut⁹ est chꝛm̃ cũ fratre suo Andrea Mat. iiij. Doc q̃ppe fuit magne charitatis. qꝛ certe cui bodie ꝺicerek q̃ relinq̃ret vxoꝛẽ pueros: domuz z oẽm subam z cognatos ac intraret ad pauprimã religionẽ ꝓ amoꝛe chꝛi magnũ q̃ꝺ reputaret. Sic de petro. vñ Lañ. viij. Si ꝺederit hõ oẽm subaz suã ꝓ ꝺilectiõe q̃si nihil despiciet eã. Aug. Min⁹ te ꝺñe amat q̃ ꝓter te aliq̃ꝺ amat qꝺ non ꝓpter te amat. Et q̃ tu homo accipe documentũ q̃ si relinquere omnia nõ potes: vt fecit Petr⁹. saltem illa ꝺilige ꝓm ꝺeum in ꝺeũ z ꝓpter ꝺeum etiam vxoꝛem z filios z omnia q̃ habes. Nã de vxoꝛe Petri ꝓ exẽplo nro narrat i hystoria ecclesiastica vti refert Clemẽs. s. papa. q̃ cũ vxoꝛ Petri iã fideꝫ i chꝛo ad passionẽ ꝺuceret ꝓ chꝛo: petrus ingenti gaudio exultauit ac post eã clamauit. O ꝙunx memẽto ꝺñi tẽ. Quo colligit q̃ eã ad christum ꝙcurrerat: z ad palmã. s. martyriũ ꝓꝛduxit sancta exhoꝛtatione Et sic ꝓm chꝛistũ eam amasse patuit: qm̃ z ambo in castitate manẽs. chꝛisto seruiebant. Scõm signũ in passione: qñ ꝺixit Luce. xxij. Tecum paratus sum in carcerem z in mortem ire. Nõ em̃ mentiebat: quia sic habebat in animo ꝓm Lyrã. Undeꝛ gladiũ eduxit ꝓ chꝛisto z ad penam euntem sequebat: licet fragilitate hũana postea negauerit ꝓe timoꝛe. O homo z tu ꝓeopta mortem potius q̃ peccare. ¶ Tertiũ signũ in negationis doloꝛe. qꝛ peccatũ amarissime defleuit Luce. xxij. Egressus foras fleuit amare. z q̃adviꝛit sp in lachꝛymis permansit fuit. Uñ Clemẽs papa ꝺicit q̃ postmodum quandocunq; galli cantum audiebat ad oꝛationem se conuertebat vsq; ad ꝺiem z lachꝛymas emittebat memoꝛ illius negationis. Quã do etiam recoꝛdabat ꝺe dulci allocutione chꝛisti ꝓ nimia amoꝛis dulcedine ꝓtinere lachꝛymas nõ poterat. Semp g̃ sudariuz in sinu ferebat q̃ crebro fluentes lachꝛymas exꝛgebat. q̃s adeo in consuetudinem ꝺuxerat q̃ tota eius facies

aduſta lachrymis videbaꝝ. O petr̃ hec pẽſa. Si em̃ petr⁹ p illa trina negatõe tãtũ fleuit toto tpe vite ſue: q̃ntũ deberes tu flere q̃ milleſies z q̃tiens mortaliꝝ peccaſti: chm negaſti: facto q̃dẽ q̃ magꝭ eſt z ſi nõ; ẏbo. Ad Titũ. j. Cõfitent̃ ſe noſſe deũ: factis ãt negãt: cũ ſint abominati z reprobi. Iſi. Eſto tãpr̃on⁹ ad lamentũ. ſ. o petr̃ chriane q̃ntũ fuiſti pn⁹ ad culpã, q̃lis intẽto tibi fuit ad peccãdũ tal̃ dnorio tibi ſit ad penitendũ. ſ. p chri amore. Quartũ ſignũ ĩ chri reſurrectõe. qz audita chri reſurrectõe a magdalena ſtati ipe cũ Johanne ad monumtũ cucurrerũt. Hze. illi p ceteꝛꝭ cucurrerũt q̃ p ceteꝛꝭ amauerũt. Vñ z chs ſpeciali⁹ petro apparuit. Lu. vl. Surrexit dns vere z appuit Simoni. z i alia apparitõe ad mare tyberiadis chs petꝛ de amore p ceteꝛꝭ examiauit. vt patuit in themate. ℂ Sz circa hec q̃runt alĩ q̃ dubia occurrẽtia. Primuz Utꝛ ſimpl̃r petr⁹ p oĩb⁹ alijs diſcipul̃ dilexerit chm. Rõ q̃onis. qz videt inſtãtia de Joãne quẽ p ceteris ỏr chriſt⁹ amaſſe ꝑm Bedã. z canit eccl̃ia. Sz chius dns ꝑm ẏitatẽ eos pl⁹ diligit q ipm magꝭ amãt Ergo videt q Joãnes pl⁹ dilexerit q̃z Petr⁹ Sed ad hec rñdet Bona. ſup. iij. di. xxxij. plĩb mõis: Eq̃b vn⁹ ẽ ꝑm Bed. diceñ. q petr⁹ dilexit chm feruẽti⁹ z ĩõ diligebat a chro fortiꝰ. Joãnes vo dilexit dulciꝰ: z ĩõ a chro diligebat familiarius. Et ſic ptz rñſio breuit̃ z ſufficiat. qz de b̃ lati⁹ ſermone de ſcto Joãne habet. ℣ Scom q̃ſitũ. qs apud deũ reputet melior boꝛ hominũ vicz. an q pl⁹ diligit chz. an q pl⁹ diligit a chro: licz minus iſte diligat chm. Rñdet ad id Aug. ſup Joan. vl. di. ſic. Quis duoꝝ melior ſit: vtꝝ q min⁹ a chro diligit z eum pl⁹ diligit: aut q pl⁹ diligit a chro z minus diligit. Quãtũ ipe ſapio meliorez q pl⁹ diligit chm. felicioꝛẽ vo quem pl⁹ diligit chs. Et ꝓſeq̃nt̃ ſubdit Aug. nõ poſſe ſe b̃ defendere q chs min⁹ diligat eũ a q̃ pl⁹ diligit. z eũ pl⁹ a q̃ min⁹ diligit. qz iuſtũ eſt z rõnabile plus diligẽtem rediligere amplꝰ. cũ ſapiẽtia dei direxit. Prouer. viij. Ego diligẽtes me diligo. g̃ pl⁹ diligẽtes plus diligo. z maxime diligentes maxie diligo. p illã topicã maximã Siẽ ſimplicit ad ſimpl̃r: ſic magꝭ ad magꝭ z maxim ad maxime. O g̃ hõ ſtude chm ferueñt diligere toto corde vt a chro diligaris D

Circa ſcom p̃ncipale de dilectõe chri ad petꝛ ſit p ꝓduſione q chs dns dilexit Petꝛ donis magnis p̃uilegioꝛ. Declarat ex pl̃ib⁹ p̃uilegijs. ℣ Primũ p̃uilegiũ aplice ſublimatiõis. qz ipm ſũmũ z p̃mũ poſt chm in apl̃atu fecit. Ut autẽ ỏr Diony. de eccl̃iaſtica hierarch. Dignitas apl̃ica eſt p̃cellẽtiſſima oĩm in eccl̃ia ĩmeditate a chro recipiẽs illuminationẽ. ſicut z ſeraphin p̃cellit ĩ eccl̃ia triũphãte. Maximũ g̃ hoc fuit petro. Nã in hoc p̃cellit oñs ſctos in celo. Vñ chs dixit ei Jo. j. Tu vocaberis Cephas. i. capitaneꝰ. Que ri pot vtꝝ ſolus chs p ſeipm p̃fecit apl̃os petrũ an etiam apl̃i p̃buerunt ad id ꝓſenſuꝝ Ad quod rñdet Anacletꝰ papa di. xxij. Sacroſcã. q̃ liꝫ inqꝛ oẽs eſſent apl̃i: petro tm a dño ꝓceſſum eſt z ipſe ĩnt̃ ſe voluerũt idipm vt reliqs oĩb⁹ p̃eſſet apl̃⁹ ſtolis. z cephas. i. caput z p̃ncipiũ teneret apl̃at⁹ q z eandẽ formã ſuis ſucceſſoribꝰ z reliqs epis tenendũ tradiderũt. Decibi. Er q̃ ptz q̃ p̃elati vel epi p ꝓſenſum legitimũ debent eligi. Sed cundũ p̃uilegiũ btẽ ſedis eccl̃iaſtice plantois. qa ipm fecit chs p̃mũ papã z vicariũ ſup totã eccl̃iã: cũ vicz ei dixit. Paſce oues meas Jo. vlc. ℣ Ubi q̃rit: cur dns vnũ tm z nõ plres apl̃os voluit p̃ficere ſctẽ vniuerſali eccl̃ie. Rñ q̃ but⁹ plures ſunt rationes. Una ex pte capitis. ſ. chri q̃ eſt caput oĩs eccl̃ie vt ait apl̃s Eph. j. Sic em̃ vnũ eſt caput totiꝰ eccl̃ie. ita vn⁹ debuit eſſe ac vicariꝰ ſup oẽm eccl̃iam. Vñ. xxiij. q. j. Sciſma ỏr ſm Aug. q vnã eccl̃iam eſſe ꝓſtat vnũ corp⁹ chri q in pl̃a diuidi nõ pot. a q q̃ſq; recellerit nõ viuit de chri ſpũ. Scõa rõ ex pte fidei. Eph. em̃ ũ. dicit apl̃s. q vn⁹ de⁹: vna fides: vnum baptiſma. g̃ vnicũ debuit habere pl̃atum. Vñ Cipan⁹ papa. xxiij. q. j. Loquit. ỏr ſic Loq̃tur dns ad petrũ Ego dico tibi. qz tu es petr⁹: z ſup hãc petrã edificabo eccl̃iam meam. Sup vnũ edificat eccl̃iam vt vnitatem manifeſtaret. ſ. fidei vnitatẽ eiuſdem originem ab vno apl̃o incipientem ſua autoritate diſpoſuit Decibi. Tertia rõ ex parte myſterij vl̃ documẽti. ſ. cõmendãde pacꝭ z charitatis ſctẽ. vñ idẽ Cipanus vbi ſup. z c. Alienꝰ, ỏr. q hẽ nõ pot deũ pẽm q vniuerſal̃ eccl̃ie nõ tenet vnitatẽ. Dns em̃ diſcipulis vnitatem ſuam ſit z pacem. Ab arboꝛe frãge ramũ fructꝰ germinare nõ poterit. a fonte ſcinde riuũ p̃ſus arefiet Sic z ab eccl̃ia p̃ciſus nõ pot fructũ ſalutꝭ facere Dec Cipanꝰ. Tertiũ p̃uilegiũ claues regni celoꝝ. Mat. xvj. O ãle dictionis. qz celi claues chriſtꝰ petro cõmiſit dicẽs. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Mat. xvj. O q̃le b̃ donũ. qz nõ dixit: claues vnius p̃incie aut regni: ſz totiꝰ dominij mei vt ad te p̃ſcat claudere vel aperire cuicũq; volenti intrare ad beatitudinem ℣ Queri poteſt hic. Cur chriſtus dominus ea dere p̃miſit Petrum in ſui negationem quẽ p̃legerat in talẽ z tantũ paſtoꝛẽ vt ꝓferret ipi celet ſtem clauẽ. Rñ q b̃ fecit chs p̃mo ap̃ ſolacia petroꝝ vt null⁹ deſperet de venia dũmõ reſurget a peccatis in penitẽtia Amb. Cert⁹ ſum ĩgꝛet ỏr deus nullum electoꝝ ſuoꝝ cadere p̃mitteret: ſi eum meliorem a caſu ſuo reſurrecturum nouiſſet Item Amb. diſt. l. Fideliꝰ ĩgꝛe factus eſt Petr⁹ poſt q̃z fidem ſe p̃didiſſe deſeuit. alias ĩõ maiorẽ gr̃am repperit q̃z amiſit Scõ ap̃ter cõpaſſionem p̃mo. Vñ Grego. diſt. l. Conſiderandũ inquit nobis eſt cur omnipotẽs deus eum quem cũcti eccl̃ie p̃ferre diſpoſuerat ſeipm negare permiſit. quod nimirum magne pietatis actũ eſt diſpẽſatione vt in ſua culpa diſceret ali⁹ ter alijs miſereri debuiſſet. Decibi. Et iſta ſuffi

ficiant. ¶ Quartū ꝓuilegiū dignissime scītatis ꝛ pfectiōis. Nā brūs petr⁹ maxime scītat⁹ ꝓbat fore q̄ tāte ēminētie dign⁹ extitit apō chr̄z dñm sup oēs apl̄os ꝛ sctōs vt fieret digne ꝓnceps oī sancti vel indigni ad plationē Dz in Petro b fu it magnū ꝓuilegiū ee dignissimū ꝓ tali platura ob suā scītatē ꝛ pfectionē. Q aūt petr⁹ fuerit sā ctissim⁹ ꝓ apice ꝓncipat⁹ apostolici ꝛ tot⁹ ecclie ꝓbat tali rōe q̄ accipit a Frā. maf. sermōe de sctō Joāne euāgelista sic. Quia principatus in viris sanctis ꝛ pfectis debet esse ꝑm ꝛrutum ēminē tiam. sicut ꝛ in angel⁹ beat⁹ claret. vñ Simach⁹ papa j. q. j. ca. Ultissimus inquit computādus est nisi precellat scientia ꝛ sanctitate. qui est bo noze prestātor. Decibi. Sed quoniā christus dñs q̄ pson nō accipit. sed amat ꝛ agit ꝑm vni uscuiusq̄ meritū ꝛ ꝛrutem: ipm petr⁹ sup oīs ecclie filios ad plationem ēelegit. ergo sequitur q̄ pfectioris sanctitatis ꝓ idoneitate regiminis totius ecclie fuerit. ¶ Querit hic. vñ petr⁹ ceteris apl̄is fore dignior ad officiū platōis re p̄ut. Rndet ꝑm doc. q̄ ꝓmo ex hoc q̄ fuit inē apl̄os maturior etate. vt em̄ hr̄ ectra de electiōe ſe mature etatis. ad min⁹. xx. annoz. Licet autē ꝛ alij apl̄i fuerint sanctissimi: vñ petr⁹ inter eos fuit maturior. Secundo ex hoc q̄ fide: charita te q̄q̄ fuit feruentior: vt dictū est in ꝓmo huius ꝑmonis articulo. Tertio. q̄ fuit scientia plenus a spūsctō sicut ꝛ ceteri apl̄i. ꝛ cum hoc fuit mira culoꝝ potestate efficacior. vt patebit in seq̄nti ꝓ uilegio. Fuit ergo dignissime electus. ¶ Quintū ꝓuilegium efficacie miraculoꝝ ꝛ operationis Nā petrus ꝓ ceteris fuit efficacior in miraculorum operatione. q̄ nō solum vt ceteri sanabat ꝛ mor tuos ſſuſcitabat oōnis ꝛbo. sz etiā solo iussu i noie chr̄i. cū q̄ndaz noie Eneam ab annis octo in grabato iacentem palyticū inuenit ꝛ ait. Enea sanet te dñs Jesus surge ꝛ sterne tibi: ꝛ cōtinuo surrexit. Act. ix. Et qd̄ maī est mortuuz discipu lum. el. diep defunctum ſuſcitauit solius bacu li sui ſuppositione: vt patet ſ. ser. ij. ꝓpe finē. De nīcis qd̄ martirū est sanabat infirmos sola vm bra corpis sui Act. v. Si ḡ tante ꝛrutis fuit in ter ra eius vmbra. q̄nte ꝛrutis sunt nūc in celo pro nob⁹ merita. ¶ Sextū ꝓuilegiū fructuose ꝑdi cationis. Nā in sua ꝑdicatiōe. ſ. in die pentecostes quertit triamilia hoim. sicut hr̄ Act. ij. Et in alia ꝑdicatiōe quertit q̄nq̄milia hoim. vt hr̄ Act. iiij. Zāte etiā ꝛrutis erat ei⁹ ſmo: vt habet Act. v. q̄ loq̄nte petro cecidit spūſſctūs sup oēs q̄ audiez bant ꝛbum eius ꝛ ceperunt loq̄ linguis magni ficā. deū. Et obstupuerūt ex circūcisione fideles q̄ venerant cum petro. q̄z ꝛ in nationes gr̄a spūſ scī effusa est. Decibi. O deus magne vnaz nos moderni ꝑdicatores salē vnā animā i vnaq̄q̄z ꝑdicatiōe quertere valerem⁹. Nā ꝑm Chr̄z. sup Matt. Gratiosus ꝑdicator desiderat ꝛ gaudet multos auditores habere vt multos possit ad deū quertere sīē ꝛ piscator gaudet multos cape re pisces. Et sic patz. ¶ Septimū ꝓuilegiū gl̄iose passiōis. Et⁹ q̄ppe passio fuit gl̄iosa. ꝓmo q̄ ad modū. q̄z sil'em penā passus ē chr̄o. ſ. crucz morte. Fuit aūt petro ꝓ gl̄ia mag̃ q̄ chr̄s dñs ꝑ seipm ꝑdixit eidē q̄ tali morte crucifixiōis debe ret clarificare deū Jo. vl. ꝛ ꝓ seipm appuit petro cū ad fratz petitionē fugeret de carcere ꝛ inuita uit ipm di. Vado rhomā iterum crucifigi. Et sic petrus hoc intelligēs de suo martyrio: statim re dijt rhomā ꝛ desideranter crucem subijt. ꝓ chr̄o: adeo q̄ ne ei⁹ passio impediret rogauit. Sic g̃ petrus in modo passionis assimilat chr̄o. q̄z sīē chr̄s passus ē crucē amanē spōte se offerēs ꝓ no bis. sic Petr⁹ ꝓ chr̄o. Scōo passio petri fuit glo riosa q̄ ad mysteriū. q̄z noluit rect⁹ crucifigi ꝓpt mysteriū. Si q̄rat. Cur noluit Petr⁹ rect⁹ sz reuersus crucifigi: Rndet ꝑm doct. q̄ ꝓma ra tio humilitatis q̄ se reputauit indignū. Vñ dix it. Quia indign. nō sum dignus ita in cruce eē vt dñs me⁹. g̃ crucē meā girare. Scōa rō quia patt ebat. ꝓpt adq̄rendū celū. Vñ dixit. Qm̄ dñs me us de celo ad ēra descēdit: recta cruce sublimat⁹ est. me aūt quē de ēra ad celū reuocare dig̃t. crux mea caput i ērā dz hīē ꝛ pedes in celū dirigere. ꝛ sic passio petri cōmēdat a mysterio ¶ Tertio glo riosa fuit passio petri q̄ ad ꝓmiū ꝛ solatiū. q̄z ipe in cruce posito affuit ipemet dñs Iesus cū angel⁹ mirabili lumie ꝛsolādo. ꝛ coronas de floribz ro sarū ꝛ lilioꝝ ꝓ sig̃ coronatōis celestz offerēdo. vt patuit i legēda. O g̃ scītissime apl'e petre ꝓpt dñi Jesu amorē intercede ꝓ nob. J

Circa tertiū ꝓncipale de ꝛsociatiōe pauli i pas siōe q̄rit Cur chr̄s dñs voluit istos btos petz ꝛ paulū apl̄os ꝛsociari i passiōe. q̄z vt scribit di. xx. ij. in ca. sacrosctā. ꝓ Anacletū papā. in ipa eadem rhomana vrbe vno die eodēq̄z tempe beatissimi apl'i Petr⁹ ꝛ paul⁹ gl̄iosissima morte coronati sunt ꝛ ambo sctām ecclīam rhomanā ꝛsecraue rūt Nā ñ vacat a mirabili mysterio cur chr̄s dñs sic ordinare voluit. Ad qd̄ rñr q̄ ex pdicto c. sa crosctā. ꝛ aliūde ad id eliciunt aliq̄ rōes ¶ Pria rō ex pte sedis rhōane: vt sic ꝛsecrarek i caput a lijs oīb ecclesijs ꝛrbib i mūo. Sic̄ q̄ppe olim rhoma erat caput orb totius: sic vōluit chr̄s vt eēt ecclīe vniuersal caput ꝛsecrādo triūpho taliū capitāeoꝝ regni celestis. ſ. petri q̄ accepat clauez regni celestz ꝛ cū b pauli q̄ rapt⁹ fuit ad ētriū celū ꝛ vas erat electiōis ad eternā btitudinē celestē

Scōa rō ex pte istructiōis nr̄e patiēte vt tot mōo claresc at in istoꝝ ꝓncipaliū apl̄oꝝ exēplo. q̄z ecclīa ꝓsecutiōib⁹ nō ſūmergit sz ꝓbat: cuz in rhoma tāto sub ꝓsecutore Nerone i patore alijs q̄z ꝛsilib⁹ extingui nō potuit sz creuit talib⁹ ꝓnci palib⁹ ꝛ alijs fidelib⁹ martyrizat⁹: vt sic pater. q̄z a ꝛro do ē fides catholica ꝛ ꝓtegit ¶ Tertia rō ex

De cõmemoratiõe scti Pauli

ꝑte dilectõis mutue.s. Petri z Pauli Uñ canit eccl'ia. Gl'iosi ꝓncipes tre quõ i vita sua dilexer se.ita z i morte ñ sũt sepati. Nã z ossa eoꝝ sil' custodiũt z mirti ꝙfuank:z eoꝝ aie sil' btificãt:vt inc fideles chr̃i pacꝫ vnio z fraꝛna dilectio ꝓtotã eccl'iam cõmẽdarec ereplo eoꝝ. Quarta rõ ẽ inc cessiõis assidue.s.ꝑ tota eccl'ia. Nã vt dicto ca. Sacrosctã.dr. Paulus inc oẽs scõs ꝓcipue apõ deũ inc cessorẽ se repromisit. Test3 ẽ inq̃t mihi de⁹ q̃ sine inc missiõe mẽoriã vri facio sp i oõnibꝫ meis. vtz Rbo.j.z Phil'.j. Itẽ Petr⁹.ij. canonica.j. id ꝓmisit dr. Dabo aũt operam z freqnc hẽ vos post obitũ meũ vt hoꝝ mẽoriã faciatis Lyr. Pastor bon⁹ õsiderat z q̃rit salutẽ sui gregis.nõ solũ ꝑ ꝛpe suo sz ẽt ꝑ futuro. Uñ legit q̃ dũ btus Petr⁹ migrasset in cruce ad chr̃m mox apparuerũt ibi viri scti nimio splẽdore polletes:q̃ direrũt ad ꝓpm. Gaudere qz inc cessorẽ magnũ z ꝓtinuũ meruist3 hẽ apud chr̃m. O ih̃u bone q̃les tibi gras agam⁹ q̃ tãtũ nos diligis. Nã te in aduocatũ nr̃m z tuã mr̃ez aduocatã nob fieri voluisti:sũmoscꝫ apl'os petꝝ z paulũ:imo z oẽs scõs tuos inc cessores ac angelos custodes nr̃os fieri ordiasti. O dulcissime Jesu te laudam⁹:te depcamur vt istoꝝ scõꝝ inc uentu des nob gram z gl'iam.

In die cõmemoratiõis scti Pauli Sermo ō btõ Paulo cũ legẽda.

Mihi viuere chr̃i

il⁹ ẽ:z mori lucꝝ ℟ Hec ẏba ecc'lia canit hodie ad honorẽ btĩ pauli apl'i q̃ ipe scribit Phil'.j. Quibꝫ ẏbis oẽs chr̃iani docẽt exẽplo b. Pauli q̃ sũmo desiderio debẽt idipm õsiderare.vtz z viuere z mori i chr̃o ieſu vt hẽant btitudis lucꝝ ĩipo. Uñ Bed.z p⁹ cũ Joãnes gerson li.de inc.puer.c.vij. dr sic. Teneas te.s.o hõ apõ ieſũ viues z moriẽs:z illi⁹ fidelitati te cõmitte q̃ oĩbꝫ deficiẽtibꝫ.s.i morte solus ꝑte iuuare. Et.c.viij. Perdere ieſũ mai⁹ damnuꝫ ẽ q̃z ꝓdere totũ mõz. Quid ꝑt mõs ꝓferre sine ieſu. Esse sine ieſu grauis ẽ infern⁹.z eẽ cũ ieſu dulc3 ẽ padisus.q̃ inuenit ieſuz:inuenit thesaurũ bonũ sup oẽ bonũ.ditissim⁹ ẽ q̃ bñ ẽ cũ ieſu. pauprim⁹ est q̃ viuit sine ieſu. Esto humil' pacific⁹ z ꝺuot⁹ z eritrecũ ieſus. Hec ibi. Btus paulus hec pẽsauit.iõ sũme chr̃m desiderãdo dirit. Mihi viuere chr̃s ẽ.Lyr.me viuificãs ꝑ suã gr̃iam.z mori.s.ꝑ eo vl' fm eũ.lucꝝ.s.supne btitudis z gl'ie. Juxta q̃ ẏba tria mysteria notabim⁹ ꝓ fmõe sic z de his tribꝫ cõmẽdabil' reddit btus Paul⁹ ꝑ nr̃o exẽplo.

℣ Prio de gl'iosa vita in chr̃o.ibi. Mihi viuere chr̃s est.

Scõo de gl'ioso martyrio.ibi.z mori.

℣ Tertio de copioso suffragio:i b q̃ ꝺr.lucrum nõ solũ sibi q̃dem sed z nob.

B Circa ꝓmũ ꝺ vita in chr̃o. Erq̃ ꝺr apl's q̃ sibi vita chr̃s est z suo mõ chr̃iano ꝺz esse cuncta, tres ꝓcipue q̃stiões occurrũt.

℣ Prima de modo.

Scõa de signo

℣ Tertia de impedimẽto.

Pria qõ.q̃lit viuere chr̃iãi vere possit chr̃s dici. Ad qõ rñdet q̃ ꝑ vnionẽ charitatis z gr̃e.q̃z facit Jo.xv. z in plibꝫ locis eu ãgelij q̃ chr̃s manet z viuit in hoie ꝑ gram z hõ in chr̃o. Nam vt ait Hugo de sanc. vic. Charitas est vinculũ copulãs amantẽ cũ amato.q̃ q̃ manet in charitate i deo manet z de⁹ i eo.j. Jo.iiij. Ex hoc notãdũ q̃ alit aia manet i chr̃o deo viuẽdo.alit chr̃s mãet in aĩa vitã ꝑbẽdo vel viuificãdo Nimiꝫ aia hoñi chr̃iani manet z viuit i chr̃o ꝺo sit i loco ꝓpio ad quẽ tẽdit.q̃ ad ipm deũ tãq̃ ad finẽ viuinꝫ creata ẽ fm q̃ ꝺr Aug. z claret.ij.sniarꝫ. Et declarat sic.q̃ sit res a ꝓpio suo loco hz hec tria. Primo q̃etatione Scõo vite ꝙfuatiõe Tertio fruitione:sic aĩa hois nõ ꝑt q̃etari nisi i ꝺo. vt Aug.li.ꝙfes. Fecisti nos dñe ad te.z iõ inq̃etũ est cor nr̃m donec req̃escat in te. Sic chr̃s dixit Jo. xvj. In me pacẽ habebitꝫ.in mõꝺo aũt pssura. Jocõo aia hz in solo deo vitã z vite ꝙfuationẽ.q̃ de⁹ vita aie ẽ:vt ptz ꝑ Aug.ꝺ pe.di.j.§. Irem li. Uñ Marim⁹ in fmõe de vno martyre ꝺr. Permanẽte fide ꝑmanet in hoie chr̃s. discedente fide discedit ab hoie chr̃st⁹.discedẽte aũt chr̃sto discedit ab hoie vita. Apl's eñ docet q̃ chr̃s ẽ vita nr̃a.di. Cũ chr̃s appuerit vita vr̃a tunc z vos apparebitꝫ cũ ipo in gl'ia Col'.iij. Dec ille. Dens q̃z aĩa in solo chr̃o deo ꝑt fructificare ad vitã eternã. Jo.xv. Sic palmes nõ ꝑt ferre fructũ i ipo nisi mãserit in vite:sic z vos nisi in me mãseritis. Nec chr̃s ꝺr. Et sic ptz q̃ aĩa chr̃iani viuit i chr̃o sic in loco ꝓpio q̃rãte ꝙfuãte z fructificãte ad vitã eternã. Sz chr̃s dñs in aĩa manet sic dñs vel rex in suo regno aut ciuitate.aut sic nauclerꝰ in naui:q̃ cũ magn̄ diligẽtia aĩam ipam dirigit gubernat z ducẽ ad portũ salutꝫ cẽne inc oĩa tẽtamenta tãq̃ ꝓcellas marꝫ buiꝰ mõi sua gra ꝑcauẽdo rexit z direxit z gubnauit in cẽtanõibꝫ mlt̃is z ne pcat. Sic legim⁹ q̃ fecerit chr̃s paulo q̃ ꝑsecutiõibꝫ. O Jesu bone q̃z benign⁹es nob.

Scõa q̃stio.q̃libꝫ signis cogñsc̃t q̃ipa aĩa vere i chr̃o habeat z ꝓbar. Ad qõ nota q̃ fm q̃ ex scꝑturꝫ colligit tria ad id sufficiũt. Sic ai viuit q̃ aliq̃d ꝓbar̃ fore viues ꝑ tria ꝓcipua.s.ꝑ motiuũ ꝑ sensũ z ꝑ opatiões vitales.sic spũalit̃ ꝑ hec tria cognosc̃t q̃s i chr̃o viuere. Primũ signũ.ñ aĩa mouet ad ꝓtẽnẽda mõi delectabilia z abnegãda oĩa vilia terrena z illa sectant vl' q̃ũq̃z ꝓcã.tales spũ bodolico mouent z nõ viuũt in chr̃o. Uñ Rbõñ. viij. Q̃cq̃s spm̃ chr̃isti nõ habet hic nõ est eius.

Si enī fm carnē vixeritis moriemī: si aūt spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. q̄cūq; enī spū dei agunt hi filij dei sūt. hec ibi. Ite. j. Joā. iij. Omis q̄ in eo manet nō peccat. q̄ enī facit peccī ex diabolo ē. Et. i. ep. sūt. iij. In hoc cognoscim⁹ qm in ipo manem⁹ z ipe in nob. qm de spū sco dedit nob. Hoc signū si aia sentit ea q̄ sūt christi delectā do i deo z cōpatiēdo christo passo. qm Rhoma. v. Caritas dei diffusa est i cordibus nr̄is p spm̄m sanctū christi. s. vt delectemur in deo. Ambr. sup Luc. Qui christum iterno suscipit hospitio maris pascit cruorē. nō solū erat dulcor diuitatis sz cū hoc amaritudo passionis: iō aia in christo viues sentit z ei⁹ passiōez p unitatē cōpassionē. vñ Joānes de scō Geminiano. Sentire dz membz qđ sentit caput: ne fiat distinctio in corpe. ppe qđ z apl's hortat Phil'. ij. Hoc enī sentite in vob qđ z i christo iesu. z cē. Per hoc ḡ. pbat hō viuere i christo tanq̄ membrū nō ait. si sentit dolores christi. Tertiū signū si aia opaf. s. opa tuosa in imitatiōe christi. vñ. j. Joā. ij. Qui dicit se in ipo manere dz sic ille ambulauit z ipse ambulare. nā fides sine opibz mortua ē. Jac. ij. Hoc discē sic exēplo bti Pauli viuere in christo. Tertia q̄stio. Quō ipedit p peccm ne christus in aia peccatrice eē vel habitare dignet: z rō huius q̄stiōis: qz deus est vbiq; p oī tpe ḡ est etiā i pcōre. vñ v. Quis ḡ ve dicat nō eē i pcōre deū. Ad hec rñdet fm Rich. de med. vil. in. j. dis. xliij. q. dupl'r deus dicit ubi habitare. Uno mō p pñtiā simplicem alio mō p pñtiā sil' z fruitionem. Mō pcōres deū possidet tm mō p pñtiā simplicē: sz quā deus est vbiq; essential'r: potēter z pñtial'r oia gubernādo. Mō aūt habitat deus in pcōribz p fruitionē. Sz hoc mō scōs. s. p pñtiā z fruitionē habitat tm mō i iustis fidelibz. Et nitur tale exēplū. Unus alteri dat pondꝰ auri dicit. Hic hoc apud te tm mō sz ptātē eo vtēdi non habeas. Alteri dans pondꝰ auri dicat. Accipe hoc tibi trado oino z face ex eo: vtēs sic tibi placet ipo. Ita deus pmo mō seipm̄m dat pcōribz in q̄tū est vbiq; z illis. sz nō dat eis ptātē sup se. Iust' aūt volūt ad saluādū. ppe qđ iusti z scti viri in scptura dicunt celi. eo q̄ in ipis sic celo habitat deus. pcōbedo sui ptātē z fruitionē gl'ie bris. Et sic fruitōz ḡre dat aiabz in pñti iust'. Ecōuerso ād pcōres infernali pena. vñ Esa. lxvj. Celū mihi sedes mea: terra aūt scabellū pedū meoz. Ule ḡ z ve pcōribus. qz vt scribit Prouer. xv. Longe est dñs ab impijs z orōes iustoz exaudiet. Ite Pōs. Loge a pcōribz salus: maledicti q̄ declināt a mandatis. Ō ve gaudiū z leticia iustis. qz in ipis tanq̄ in cellis dei habitat gratificās vuificās z rāgens glorificās in patria. qz scribit Psal. lxxxiij.

Ierūtm̄ ppe timētes eū. i. deū salutare ip. vt inhabitet gl'ia in terra nr̄a. i. in corpe mediāte aima ei dē z iū ca. Ad ppositū. brūs Paul⁹ iesum christū in sūme dilexit: oia pcā cauit. tot⁹ in christo vixit vt diceret. Mihi viuere christus est. Un̄ z i morte iesu nomē ter exclamauit. vt patebit. E

Circa scōm pncipale de gl'iosō martyrio pauli apl'i sit p ꝯclusione q̄ brūs paul⁹ gl'iosissimo martyrio p noie iesu est corōat⁹. Declarat potissime triplicit. Tria enī faciunt ad maximā gl'iaz ipius martyrij. vicz.

Primo causa sue passionis.

Scōo miracula tpe decollatiōis.

Tertio apparitio facta post tēpus mortis.

Primū inquā est cā passiōis. qz vt ōt Aug. martyrē. s. gl'iosum causa facit pen⁹ q̄z pena. Paulus aūt pass⁹ ē triplici cā gl'iose iusticie. Prio qđē ex eo q̄ christm deū eē pdicabat: z statim simeq; culturā demonū reprobabat z euacuabat. Et p pter hec multas psecutiōes passus est paulus: q̄s brūs Tulian⁹ breuit enūerat di. Paul⁹ apostolus in Philippis vgis cedit: icarceratꝰ z lig̃ pedibz affigit. in Lystris lapidat. in Epheso ferdat. i Damasco p sportā e muro deponit. i Hierusalē sistit: cedit: ligat: insidiat. in Cesarea clausus tenet. naufragās in italiā piculo dirigit. Rhomā veniēs sub Nerone occisus finit. Hec Hilarius. Cū aūt paul⁹ in custodia de Cesarea portaret p naues Rhomā: vt scribit Act. vlt. fracta naui in tabulis euadeñ. i insulā Mitilenā enatauerūt. vbi ppe frigus cū ꝯgregasset paul⁹ sarmenta vt sup ignē poneret: vipera manū ei⁹ inuasit. Qđ barbari videtes dicebāt adiuicē. Utiq; homicida est hō hic q̄ cū euasit de mari: vltio diuia nō pmittit eū viuere. Paul⁹ aūt excutiēs viperā in ignē nil mali passus ē. ppe qđ illi admirātes ceperūt dicere eū esse deū. s. credētes ipum esse imortalē. Gētiles enī dicebāt hoies imortalitatē ꝯsecutos esse deos. vt saturnū: iouē z̄c. Dicit q̄z q̄ oēs q̄ de pgenie illi⁹ hois q̄ tūc Paulū hospitio suscepit nascūt: a venenosis nullatenꝰ ledunt. Un̄ cū pueri nati fuerint: in cunis corū pies ꝓpētes ponūt vt pbēt si eoz filij ve sūt. Dū ve paul⁹ venisset Rhomā Neronis anno. xij. et a passiōe dñi anno. xxv. fm Otero. audiēs Nero q̄ de lege iudeoz z fide christianoz inf paulū z iudeos q̄stio vtebat. z ob hoc paul⁹ fuerit captꝰ nō multū curauit inde. qz nōdū etiā fuerat i imperio ꝯfirmat⁹. z sic paul⁹ q̄ volebat libere ibat: z pdicabat p biennū. Deinde in occidētales partes pgens euāgeliū pdicauit vsq; ad. xiij. Neronis ānū. quo rhomā rediēs martyrizat⁹ est. Refert aūt Haymo q̄ paulus a pullox cantu vsq; ad horā q̄ntā laborī manuū insistebat: deinde pdicatiōi: ita q̄ plerūq; vsq; ad sero fmonē protrahebat. z resiđuū tpis somno refectōi accorationi necarīū erat. F Scōo gl'iosam causaz habuit martyrij ex eo q̄. s. multos de ppl'o z mi-

titib ad chm quertebat. Tã ei⁹ sapia z religio/
sa vita vbiq famabat z ab oib admirabil' babe
bat. z senat⁹ ō illo alta sentiebat. Quadã vo die
dñ paul⁹ circa vesp̃as p̃dicaret: pincerna Nero/
nis noie Patrocl⁹ in fenestra audiẽs p̃dicatiõz
dormitãdo decidit z expirauit. Qō audiẽs Ne/
ro plurimũ doluit: qz eũ amabat. Paul⁹ vo de
functũ iussit afferri z eũ suscitauit ac ad cesarem
misit cũ socijs. Cui nero admirañ. ait. Patrocle
viuis ne: Ait ille. Cesar: viuo. Et nero. Quis te fe
cit viuere: Cui ille. Dñs ihesus rex oim seculorũ.
Frat⁹ nero dixit. Ergo ille regnabit i secula reso
luens oia regna mũdi: Cui patroclus. Etiã. Ce/
sar g̃ dedit ei alapã dicẽs Illi militas g̃ regi z nõ
mihi: Cui ille. Utiq illi milito q̃ me suscitauit a
mortuis. Tũc q̃nq milites imperatoris q̃ eidẽ iu/
giter assistebãt dixer̃t. Cur imperator pcutis hũc
iuuenẽ veracit̃ rñdẽtẽ: nã z nos illi regi inuictis/
simo militam⁹. Quo audito Nero eos incarce/
rauit vt torq̃ret. Et tũc oẽs chianos fecit inqui
ri z p varia tormẽta sine interrogatione puniri.
Tũc z paul⁹ vinct⁹ est iter ceteros. z sic p tali cã
punit⁹ est. ¶ Tertio causa martyrũ Pauli
fuit gl'iosa: eo q̃ occisus est ꝓpt̃ verã deitatẽ chi
pbãdã z ptãtẽ iudiciariã quã paulus astruebat
Cũ em paul⁹ fuisset neroni p̃sentat⁹: dixit ei ne/
ro. Cur milites meos subtrahis z tibi colligis:
Rñdit paul⁹. Nõ solũ de tuo angulo sz de to/
to orbe collegi chm. cui z tu si subiect⁹ fuer⁹: sal/
uus eris. q̃ tãte est potẽtie vt iudex oim veniat z
mũdũ p ignẽ soluat. Ad qō irat⁹ nero iussit oẽs
milites chi igne cremari: z paulũ capite trucari
Ad quẽ paul⁹ ait. Scito cesar quia modico tẽ/
pore patiar: sed viuã eternal'r dño ihesu chro. Ne/
ro dixit. Auferte ab eo caput vt me rege suo fo/
rtiorẽ intelligat q̃ eũ deuici. z videam⁹ si semp vi/
uere valeat. Cui paulus. Ut scias me post mor
tẽ corpis viuere eternal'r viũ tibi post abscisionẽ
capitis appebo: vt cognoscas qz chis est de⁹ vi/
te. Et sic paul⁹ duct⁹ est ad occisionẽ. cũq duce/
ret a p̃cipuis trib militib: dixerũt ei illi. Quis ẽ
o paule iste rex vester ꝓ q̃ mori potius q̃ viuere
diligit⁹: z quã mercedẽ ab eo habebitis: Et pau
lus de fide chi illis loq̃ns z de regno dei quer/
rit eos. Qui cũ rogarent paulũ vt libere abiret q̃
vellet: dixit. Absit frẽs vt fugiã cũ sim miles chi
legitim⁹. Scio em q̃ trãsibo p hãc mortẽ ad vi/
tam eternã. vos aũt post decollationẽ meã veni/
te ad eũ locũ cras mane z ibi iuenietis orantes
duos discipulos. z hec eis narrate z ipi baptiza
bunt vos vt sitis celi coheredes. Interim Nero
misit alios milites ad videndum si esset occisus
paulus. Et illos cũ vellet cõuertere dixerũt. Cũ
a mortuis resurrexeris credem⁹ tibi de his q̃ di
cis. Cũ g̃ duceret paulũ in porta hostiesi obuia
uit ei matrona nomie Plãtilla pauli discipula
flens z orõib illi⁹ se cõmẽdãs. Cui paul⁹. Da/
le eterne saluti⁹ filia z da mihi velũ tui capitis q̃
mihi oculos ligabo: z postea restituã illi. z illa
tradidit. ¶ Scõo gl'iosum ꝓbat martyriũ
pauli p miracula facta tpe sue decollationis a ei⁹
su bono. quoz ꝓmũ est q̃ venies ad locũ vbi de
collari deberet ꝓs ad orãtẽ orauit cũ lachrymis
z grãs chro egit. Post h̃ fratri valefecit z oculos
de velo Plantille ligauit z vertiq genu in terrã
figẽs collũ extẽdit. z decollat⁹ mor ei⁹ caput ei⁹
liens tres salt⁹ dedit. in q̃libet saltu Jesus chris
exclamando. z sic tres fontes aque viue aperue
vsq hodie pseuerãtes imbi. vt de ꝺ scptũ ẽlam⁹
ser. de scto Petro. j. ¶ Scõm miraculũ q̃ de
ei⁹ vulnere vnda lactis vsq ad vestimẽta milit⁹
exiliuit primũ z postea sanguis martyrũ
pe eius puritatẽ ꝓ q̃ginea testat̃: sanguis mar/
scitatẽ. Et Dion⁹. in epla ad Timotheũ de mor
te pauli addit q̃ paulus in ipo ictu carnificis ce
plicuit velũ z collegit sanguinẽ ꝓprium in velo
z obuoluit z ligauit z tradidit illi feie. s. plãtille.

Tertiũ miraculũ q̃ mor in aere lux immensa
emicuit z de corpe odor suauissim⁹ emanauit.
Lux quippe testat̃ eius lucidã sapientiã. Odor
suauis ei⁹ sanctã vitã. ¶ Tertio gloriosum
martyriũ ꝓbat hoc p reuelationes z apparitiones
factas post mortẽ. quaꝝ Pria est. q̃ vt Dion⁹.
vbi sup̃ refert: cũ decollato paulo miles carnifex
z alij reuerterenť in ciuitatem: plantilla eis dixit
Ubi dimisistis magistꝝ meũ: ecce vidi q̃ nũc pe
trus z paulus induti veste ꝑclara intrauerũt ur
ciuitatẽ z coronas fulgẽtes luce habebãt in ca/
pitib. z ꝓtulit velũ sanguine cruentatũ in testi/
monium. ꝓter qō multi crediderũt in chm z bap
tizati sunt. z cõsimili modo eos vidisse ipemet
dion⁹ testat̃ in dicta epla. Scõa reuelatio
q̃ cũ hec Nero audiuisset ertimuit: z cũ phis de
talib tractare cepit. ecce aũt ianuis clauſ paul⁹
ante cesarẽ z pbos stans ait. Ecce cesar: ego inq
paul⁹ eterni regis miles. vel nũc crede q̃ nõ sum
mortu⁹ eternal'r sz viu⁹: tu aũt miser etna mor/
te morieris. q̃ sctos iterficis. z his dictis disparu/
it. Un nero q̃si amẽs effect⁹ ptimuit. z quos
chianos captiuauerat liberos dimisit. Ter/
tia reuelatio. q̃ illi magistrimilitũ tres q̃s paulus
paulus querierat cũ ad mortẽ duceret: vt dictũ est.
crastino mane venieñ. ad locũ decollationis pau
li: viderũt ibi duos viros. s. Titũ z Lucã orãtes
z in eoz medio paulũ stantẽ. q̃s isti discipuli. s.
Titus z Lucas putãtes psecutoris cã venire cor
riti fugerũt. z paul⁹ mor disparuit. Milites at
damãtes post eos z oia enarrãtes z quo paulũ
cũ eis apparẽtẽ viderint: isti cũ magno gaudio
illos baptizauerũt. z sic patet ꝓ sitii. R

Circa tertiũ ꝑncipale de suffragatione sic p con
dusiõe q̃ btus paulus p sua merita inuocatus
pstat salut⁹ suffragia. Primo q̃dẽ ab hostibus
defendẽdo. Un sca ecclia paulũ solet depingere
cũ libro z ense. petrũ aute cũ clauibus: ad repsen
tãdũ q̃ paul⁹ p sapientiã i libris epla⁹ nos do

ert ad salutē. z p ensem. i. p merita passiōis defe/
dit ab hostib⁹. Petr⁹ aūt habet daues apiendi
celū. Scdo paul⁹ suffragat a mala morte li/
berādo. Nāvt dr i legēda: refert Bre. Turoñ. q
qdā desperās laqueū sibi parabat: sp tñ dicebat.
Adiuua me sctē paule. Tunc affuit q̄dā vmbra
squalida di. eidē. Fia bone vir age qđ agis ne mo
rissime paule adiuua me. ecce statī affuit vmbra
uocat⁹ aduenit. Et statī illa vmbra sqlida eua/
nuit. z bō ad se redīes pniam egit z laqueū p̄iecit
Tertio suffragat i extremis aiam letificādo.
Nā refert Bre. i li. dial. q̄ qdā p̄br scūs ad extre
ma deduct⁹ cepit cū magna leticia clamare di. Bñ
uenīūt dñi mei: bñ veniūt dñi mei. ecce venio ga/
rias ago: grās ago. Interrogat⁹ ab astantib⁹ qđ
sic loq̄ret. rñdit. Nūqd videt⁹ huc venisse scōs
aplos petr⁹ z paulū. Cū vo trep⁹ vba vt pri⁹ re/
peteret: scīā aia e carne soluta est. Nec sufficiant
Accedam⁹ g̃ charissimi z veneremur be. paulū:
vt ip⁹ meritis p̄ducamur ad regna celor⁹. amē.

De visitatiōe btē marie v̄gis hēs i Stellario.

De sancto Bonauētura ordinis minor⁹ Ser
mo cum Legenda.

Venerūt mihi oīa bona pariter cū illa. s. sapia. Hec
vba scribunt Sap. vij. z optime cō
ueniūt dici de scō Bonauētura: vt q̄si ipe scūs
dicat. Venerunt mihi oīa bona cū sapia. Cū qr
ipe bñs p̄ plenitudinē sapie habuit. nā z p̄fes/
sor sacre pagine z vir tant⁹ p̄fectiōis excellentissi/
me extitit. Cū qr etiā hec vba ei⁹ noī p̄sonāt: eo
q̄ vocat⁹ ē Bonauētura ab oīm bonor⁹ p̄uētu
Et b factū est deo bono disponēte z spūsctō ispi
rāte. vtq; vt btūs p̄ Frācisc⁹ ipm vocaret b noie
Bonauētura: q̄ ātea vocabat Eustachi⁹. Dicit
aūt Ar. i postil. sup Lu. ij. q̄ noīa q̄ hoib⁹ ponū
tur diuinit⁹ sp significāt aliq̄d donū gratuitū da/
tū vt dādū. sic p̄r de Abraā: cui dixit dñs. Non
vocaberis vltra abrā. i. p̄ excels⁹ tm̄. s. i. ple pau/
ca. sz abraā. i. p̄ multar⁹. s. gētiū. iō seq̄t. eo q̄ pa/
rē multar⁹ gētiū p̄stitui te. Beñ. xvij. Sicz dñs
ies⁹ vocat⁹ ē Ies⁹. i. saluator. eo q̄ b munus
gre collatū est sibi a deo p̄ vt ip̄e saluet pl'm a
peccis eor⁹. Ita de⁹ puides sctm Bonauēturam
dono sapie z oī bono gre z gl'ie sublimandū sic
uoluit ipm noīari Bonauētura. Optime g̃ z cō
ueniēter dicere p̄t hec vba. Venerūt mihi oia bo/
na tc. Quib⁹ ipe btūs p̄ cōmēdat p̄cipue tripl'r
de quib⁹ in hoc p̄mone agemus.

Primo de oīm bonor⁹ p̄uētu. Venerūt inq̄t oīa
Scdo de sapie vere p̄fectu. ibi. pariter cū illa. s.
Tertio de gre magne fructu. qr dicit bona. s. gratuita p̄uenisse. (sapiētia.

Circa p̄mū de p̄uētu bonor⁹ sit p̄ p̄clusiōe
q̄ sctūs Bonauē. merito cōmēdat p oīa mundi
bona p̄uentia hoī in p̃nti vita z futura. Decla
rat. qr vt clare cōstat sunt primo aliq̄ hoies q̄b⁹
pauca vel fere nulla p̄uenīūt bona in hoc mōdo:
vt sunt mēdici mali z pauper⁹ i pctis viuētes. q̄
quidē nec p̃nt⁹ frui p̃nt bonis (q̄r⁹ multū p
eis adq̄rēdis labor⁹ēt) nec futuris. eo q̄ in pctis
viuūt nūc z in futuro dānabunt. De talib⁹ psal.
Duplici p̄trītiōe cōtere eos. Scdo alij sūt q̄ mul
ta bona hñt i hac vita: sz nulla in futuro. Sicut
legit de diuite epulōe: q̄ iduebat purpura z byſ
so z epulabat q̄tidie splēdide. z tñ in futuro nec
gutta aq̄ desiderata potuit hre Lu. xvj. Tales sē
omēs diuites de suis diuitijs nil boni facientes
nec pauper⁹ erogātes. q̄b⁹ hec bona tpalia erūt
in futuro p dānationis cumulo. qr Apoc. xviij.
scribit. Quātū se gl'ificauit z in delitijs fuit tātū
dabit ei tormētū z lamētū. Deniq; tertio alij sūt
q̄b⁹ ersi multa p̄uenīūt bona i hoc mōdo vel ad/
modū pauca. tñ p illa fidelit distribuēdo p deo
z bñ viuēdo plurima adq̄rūt in celo. Ad qđ hor
tat saluator Mat. vj. Thesaurizate vobis the/
sauros i celo vbi nec tinea demolit nec fures ef/
fodiūt aut fu. Et ps. Melⁱ ē modicū iusto. s.
in p̃nti: sup diuitias pcōr⁹ mlt⁹. Itē Tob. iiij.
Noli timere fili mi: pauperē q̄dē vitā gerim⁹ sed
mlta bona habebim⁹ si timuerim⁹ deū z recesse
rimus ab oī pctō z fecerim⁹ bene. Hec ibi. Ad p
positū. Sctūs Bonauētura z p̄sentia z futura
oīm gener⁹ habuisse bona cū studio vere sapien
tie p̄merēdo eternalia cōp⁹obat. Et Pro q̄ no
tandū q̄ p̄m Aug. li. de li. ar. z Greg. li. xxvij. alij
osq; doc. tria sunt in sūma omniū bonor⁹ gene/
ra hominibus p̄uentia.

Primo summa.
Secūdo media.
Tertio infima.

Primo sē q̄dā sūma bona. s. eternalia z celestia. et
hec oī hoī sūme sē appetēda exēplo Ps. dicentis.
Quādilecta tabernacula tua dñe virtutū p̄cup. z
defi. aia mea i atria tua. q. d. Intātū aia mea cō/
cupiscit illa bōa celestia q̄ deficit vsq; ad lāguo/
rē mortēq; p̄ desiderio. Nā Aug. de li. ar. in fi. dr.
Tāta est pulcritudo iusticie: tāta iocūditas luc
eterne: vt etiāsi nō liceret ampli⁹ in ea manere q̄r
vna die. p̄ē b solū inūerabiles āni hui⁹ vite de/
litijs pleni z affluētia oīum tpaliū bonor⁹ meri
to p̄tenerent. Hec ille. Scdo sunt bona q̄dā
media: vt virtutes z opa meritoria q̄b⁹ mediāti/
bus p̄uenit ad sūma bona celestia. z iō diligent
sūt talia cumulāda z appetēda tāq; semina cele/
stiū fructuū. Gal. vj. Nolite errare. s. putādo q̄
p opa mala bō saluet. de⁹ em̄ nō irridet. i. nō de/
cipit. Que ei semiat hō hec z metet. qm̄ q̄ semiat
i carne: ip̄e carnis seq̄ndo: metet corruptionē
culpe z gehēne. q̄ aūt semiat in spū. i. in instinctu
spūsctī opat bona: metet vitā eternā. Bonū aūt

facientes nō deficiamꝰ. tpe em̄ suo metemꝰ. Nec ibi. Tertio alia sūt bona infima. sic sūt tpalia: vt honores t diuitie. t ista nō sūt nimis appetē/da: imo sē poti⁹ ꝓtēnēda. j. Joan. ij. Filioli nolite diligere mūdū. i. mōi huiꝰ delectabilia: neq; ea q̄ i mōo sē. i. vicia eoꝝ. q; sic̄s diligit mūdū ḃ mō nō ē charitas pris. i. dei i eo. vñ Bre. ōr. Tāto q̄s q; a supno amore diffūgit q̄nto inferi⁹ delectat. Ad ꝓpositū. sc̄us Bona. q̄uis habuerit bona mōi. pspe. puenientia sibi: puta honores t digni/tates epatꝰ ac cardinalat⁹ t p̄lationē misterij in ordine minoꝝ deo fauēte. tm̄ i istis oib⁹ tā since/re deū dilexit t tā sciēter se hūit vt oia p chīo velut stercora ꝓputaret: t toto conamīe ad celestia festinās gl̄iaq; magnā adq̄siuit. vt patebit i seq̄n/tib⁹. Merito g̃ dicꝰ ē Bonaventura: eo q; ipse bona ifima media t sūma puenerūt. ℗ Hz q̄ri p̄t: vtq; aliq̄ mūdi bona puenīāt hoi mere a fortuna sine dei puidētia: Rñdeť fz doc. p̄cipue Tho. in. iij. li. 3 gētiles. t pꝰ eū Ray. i sūma sua q; aliq̄d ōr euenire a fortuna qñ accidit p̄ter intē tionē illi⁹. sic cū q̄s fodiēs in agro vl̄ transiēs in via inuenit thesauꝝ quē nō q̄rebat. Hz nota q; aliq̄d est p̄ter intētionē inferioris qđ nō est p̄ter intētionē superioris: t marie p̄ter cognitiōz t intē tionē dei sine cui⁹ puidētia nihil fit nec ꝓtingere p̄t. Sic exēpli gra: cū dñs mittit seruū ad aliquē locū t ad eūdē locū mittit aliū seruū illo ignorā te: tūc ꝓcursus vtr⁹q; seruoꝝ: nō tm̄ respectu dñi ip⁹oꝝ. Sic licz aliq̄ videant̄ fortuita respectu hoim eo q; cā vel rō taliū est occulta: nihil tm̄ respectu dei q̄ omnia p̄ordinat t p̄uidet a quo p̄ncipal'r puenit oē bo nū hoi. t sic oīs euēt⁹ fit p̄ncipal'r a deo causan/te vel ꝑmittēte. Hinc puerb. xvij. Sortes mittū tur i sinu. Lyra. i. in occulto vt recipiant̄ fortuito Hz a dño deo tēperant̄. q; ex diuina puidentia puenit q; talis sors cadat sup talem. Nec Lyra fraus tm̄ q̄ inībi cōmittit nō a deo est sed ab ho minū malicia quā deus ꝑmittit iudicio occulto Ad p̄dicta facit auctoritas noui testamēti. q; sal/uator ōr Mat. x. Nōne duo passeres asse vene/unt t vn⁹ ex illis ñ cadet i terrā sine p̄re vīo. Uñ sequit q; nil puenit sine puidētia dei hoib⁹ etiā i mimis pūctis tactillo⁹ in ludo ꝓiectoꝝ nisi ad/hibeat̄ fraus t malicia. Nec fm Ray. vbi sup. Quāto magis ḃ devita hois sentiēdū est. q; sicut Greg. ōr omel. epiphanie. Uitā inq̄t hois sol⁹ q̄ ꝓdidit deꝰ gubernat. Er q̄ patēt tria p̄cipua do/cumēta. Primū est q; illi q̄ attribuūt bona con/stellatiōi l' etiā casꝰ t fortunā ac sil'ia: sic q; spem totā i ꝓstellatiōe t nō in deo ponūt: nimis errāt. vt sunt fata obſuātes t sil'ia. Scōm q; oīa que habemꝰ bona deo debemꝰ attribuere p̄ncipaliꝰ Jpe em̄ ōr Esa. xlij. Gl̄iam meā alteri non dabo Sic em̄ ubi est iniuria cū facies aliq̄ strenua opa bostesq; deuinceres: t tm̄ gl̄ia victorie aut facti ascriberet nō tue vtuti sz armoꝝ vel alteri⁹. Sic i ꝓposito. Tertiū q; in oi ꝓspirare etiā vsq; ad mi/nimū q̄dratē t i oi aduersitate maria vel mima deū laudare debemꝰ. q̄ oīa ordiat t disponit ac puidet fm suū bñplacitū t sc̄issimā bonitatē ꝓ salute nr̄a. Jō. j. Pe. iij. In oib⁹ honorificet deꝰ p iesum chīm: cui est honoꝝ t gl̄ia t imperiū i scīa seculoꝝ. Exēplū i Bonauē. q̄ docuit vbo t exem/plo in ꝓspis t aduersis deo grās agere.

Circa scōm principale de ꝓfectu sapie sic ꝓce/dit. Sapiens dicit Amb. i epl'a ad Simplicianū sic. Bo/la sapia libera est t felicissima p oñs fortūa qua diuitib⁹ pauperes p̄sunt: eternisq; thesauri cui⁹ vsura est p̄ciosa. hec ille. Et rō ptz ex his q; scribi/tur Sap. vij. q; sapia oīm bonoꝝ mr̄ ē. Infinis/tus ei thesaurꝰ est ho. q̄ q; v. s. p. fa. s. amicicie dei Seneca. Sapiens vincit vtute fortunā. Pone ex vna inq̄t pte viz. bonū diuinū⁹ abūdāte t in/stū: ex altera pte nihil bñ t i se oīa: vter q; eque vir bonꝰ erit. hec ille. Nā p sapiam deꝰ q̄ē summ⁹ bonū t sine q̄ nullū bonū h̄. g̃ zc. ℣ Quere g̃ q̄les effectꝰ opat vera sapia p q̄s i hoie fore cō/probat. Rñdeť fm doctoꝝ scripta q; possime ad̄ttuoꝝ. Primꝰ effectꝰ est p̄toꝝ detestatio. Na Sap. j. In malivolā aiam nō introibit spūs sa/pientie: nec habitabit i corpe subdito p̄cis. Ber. sup Cañ. ser. j. Nō aliō est inq̄t ya t ꝓsūmara sa/pientia q̄s declinare a malo t facere bonū. Idem. Inueniſti plane sapiam si p̄rioꝝ vite p̄tā detes/as. Initiū q̄ppe sapie timor dñi. vt ait Pā. g̃ zc. Uñ p̄toꝝ hō stultꝰ ōr t meritoꝝ. q; igne gehēne q̄ acerbi⁹ vrat sibi q̄tidie adauget p̄tā. Ber. cūdꝰ effectꝰ mūdialiū p̄tēmptio. Ber. Inueniſti sapiā sapientiā si hui⁹ seculi desiderabilia p̄tēdas: si eterna toto desiderio ꝓcupiscas. Inueniſti sapi/entiā si singula tibi sapiūt p̄ut sunt: vt hec velut caduca t trāsitoria p̄tēneda. illa ẏo vt ꝑfecta bo/na appetēda discernas. hec ille. Uñ. vj. Topico. Maioza bona sūt p̄eligēda. t Prouer. iij. Pri/cipiū sapie possidere prudētiam. s. in eligendo.

Tertiꝰ effectꝰ salubriū assaporatio. nā sapia ōr q̄si sapida scia diuinoꝝ. s. q; est sapida t dulcis p amorē diuinū. iuxta illō p̄s. Quāducta sunt ib⁹ meis elo. tua dñe sup mel ori meo. Uñ i col/latiōib⁹ patꝝ legit q; mota q̄stiōe q̄s posset dici ve sapiēs. Rñdit vnꝰ patꝝ q; ille q̄ bñ novit ea ip̄m. Addidit aliꝰ di. Ille sapiēs est cui sapiunt deꝰ t diuina vl' salubria. Proinde Ber. sup can. ser. lxxxvj. ōr. Ubi amoꝝ est labor nō est: sapoꝝ. Et sapia a sapoꝝ denoiat: vt q̄s sapiam sapore boni diffiniat. quē sapoꝝ boni p̄dicim⁹ ab ore/tu pene gener⁹ erq̄ sēsu carnis p̄ualere suggerit. ꝓcūs antiq̄ cepit desipe bonū ac sapoꝝ nōnus subintrare. Nec ille. Quartꝰ effectꝰ est sapie opeꝝ exercitatio. Jac. iij. Que desurſū est sapia p/mū q̄dē pudica est. i. pudicicie affectiua, deide pa

cifica modesta bonis ꝓsentiens plena miscōia z fructib bonis. Amb. in epla ad Simplicianuz dr. Ubi sapia ibi virt⁹ animi: ꝓstātia z fortitudo Ibidē ḡz qrit Amb. q̄ desiderat sapiēs sūmo co natu: Ñdet q ea solū q̄ ⁊tutꝫ z disciplīe sunt sine qb ee nō pt. q̄ si ab eo diuellunt tā ñ sapiēs ē q est sine ⁊tutꝫ actu z disciplīe. hec ille. Ad p positū. sctūs Bona. p singla z oia hec ꝓbat ⁊ sapia fuisse plen⁹ q̄ z oia bona būit sibi ꝓuenīe tia. vt claret ex eis legēda. Imitemur ḡ ipm zc.

Circa tertiū de multiplici gratia qua cbīs iesus sanctū Bonauēturā sublimauit sit cōclu sio q magnitudo scitatis bti Bonauēture da ret ex multitudine z magnitudie gr̄e a cbīo iesu sibi date. Declarat ex legēda ꝑm ordinē. Primo nāq sctūs Bona. habuit a deo grām sacre reli gionis. de q̄ Bern. tractās illud Mat. xvij. Bo nū est nos h̄ ee. dr sic. Religiosus in religione vi uit puri⁹. cadit rari⁹. resurgit veloci⁹. icedit cau tius. qescit securi⁹. irrozat freq̄nti⁹. mozit confi dēti⁹. purgat citius. ꝓmiat copiosius. Hec ille. Sctūs Bonauē. quippe cū esset de Tuscia ꝓ Joāne: matre Rītella fidelib⁹ ꝓgenit⁹ z i pueri cia ifirmat⁹ vsq ad mozte extinct. cui⁹ saluti ārta mī medicoz diligētiā adhibuit. q̄ spe salutꝫ fru strato medicamīe ꝓuata: scti Francisci iplozauit suffragia. deuoueñ. ipi⁹ religiōi illū si sanū recu paret. Et vt ferē pia mr ipm ad beatū patrē Frā ciscū tūc i carne viuentē adduxit. z vt sua ozatiōe sanū sibi būc filiū redderet reuerēter z būiliē ac deuotissime supplicauit. Btūs aūt pr Frā. cū ad Joāne: matre Rītella fidelib⁹ ꝓgenit⁹ z i pueri cia ifirmat⁹ vsq ad mozte extinct. cui⁹ saluti ārta mī medicoz diligētiā adhibuit. q̄ spe salutꝫ fru strato medicamīe ꝓuata: scti Francisci iplozauit suffragia. deuoueñ. ipi⁹ religiōi illū si sanū recu paret. Et vt ferē pia mr ipm ad beatū patrē Frā ciscū tūc i carne viuentē adduxit. z vt sua ozatiōe sanū sibi būc filiū redderet reuerēter z būiliē ac deuotissime supplicauit. Btūs aūt pr Frā. cū ad spūsctō erclamauit di. O Bonauen. extinde boc nomē Bonauētura sortit⁹ est: q̄ in baptismo cat⁹ pus fuerat Eustachi⁹. Sanus itaq domū redies z tādē adolescēs fact⁹ memor voti facti a mīre z hui⁹ miraculose sanatōis ano sue etatis cirat. xxij. habitū religiōis sci Fran. deuotissime fuscepit in q̄ dieti ꝓficies de ⁊tute i ⁊tutē ozōni z ꝓplatiōi ac lectiōi sc̄pturaz sub irrefragabili doctoze alexādro de ales intēdebat. q̄ tanta gr̄a spūsceō fuit pūct⁹ vt cūctis fieret admirabil' i sa pietia z doctrine ꝓfectiōe: adeo q̄ i breui rpe. scz septio sui igressus ano libros sniaz i parisien si vniuersitate legeret egregie z mgr̄alē doctorat⁹ cathedrā reciper z i ozdie toto int̄ ꝑmos religio nez doctria hīeē. Et qō erat admiratōe dignū q̄ crescebat scia z autozitate eo crescebat būilitate meritis z sui depssiōe. Nā būilitatꝫ officia fribus Fuiēdo nō ptermittebat. ifirmis sūma diligētia obsecio se mācipabat. morbo etiā ꝓtagioso labo rātib⁹. z sic paret mag⁹ eis gr̄a. Sc̄do habuit gratiā vite mūdissime z ꝓuersatōis. nā eis sanctā vitā ꝓsideras alexāder de ales doctoz tāte auto ritatꝫ in ecclia vt de eis dictꝫ aut sc̄ptꝫ dubitari ñ licer. cōptis vita z mozib⁹ Bona. ipm ab oīi vicio mortali mūdū asserebat. z de eo solit⁹ erat dicere sic. Iste est ver⁹ israelita in q̄ adā videt nō peccasse. qō certe magne gr̄e ē z gl̄ie. vñ Aug. xxj de ci. dei dr q̄ etiā int̄ sctōs paucissimi sr̄ tāte feli citatꝫ vt ab ieūte adolescētia nll'a dānabilia pcā cōmiserint. Itē sctūs pr Fran. spūsctō ispirat⁹ de ipo Bona. ꝓbetauit di. q̄ futur⁹ eet magn⁹ vir in ecclia dei. z q̄ p ipm religio sua magē scitate cresceret. qō ipletū est. D Tertio gratiā ha buit ꝓfecte ꝑlatiōis. nā ob ingētes ⁊tutes deus ipm exaltauit ad dignitates ples. Primo gene ralat⁹. fuit em̄. xij. igress⁹ āno ex oīb⁹ sctis virꝫ ordis tūc minoꝝ elect⁹ ab oīb⁹ in festo purifica tiōis ⁊ginis marie pūte alexādro papa. iiij. āno dñi. Mccl vj. in ministꝝ gñalē ton⁹ ordis. Fuit aūt octau⁹ mīster ordis post b. Frā. z ānis. xvij ordinē rexit laudabil'r. Pūssim⁹ aūt cultoz fuit brē marie ⁊gis. Instituit em̄ vt frēs ꝑ'm horaz renē ad salutādū ⁊ginē ꝓ signo cāpane post cō pletoziū: eo q̄ creditū sit illa hora ab āgelo ⁊gi nē salutatā. Sc̄do exaltauit Bonauē. de⁹ ad di gnitatē archiepat⁹. s. eboracen. qō ē piguissimū būficiū. sz ipe ad pedes dñi pape se ꝓfereñ. tābu milit z efficacit tāto ḡdui cessit q̄ papa ei⁹ cessi onē acceptauit. Tertio exaltauit ad dignitatem cardinalat⁹ z epat⁹. nā cū ꝓalib⁹ Lugduñ. qstio nib⁹ emersis ī extricabilib⁹ z difficultatib⁹ elabo raret. Grego. tūc papa. xj. ꝓ subleuādis difficul tatib⁹ dict⁹ ꝓsideran. Bona. scitatē z sapie excel lētiā eccl'ie regimi ꝓfuturā: ipm q̄uis pl'imū re luctātē ꝓmouit i cardinalē z i epz albanen. Fert aūt q̄ cū papa misisset eidē ī signia cardinalat⁹ cū pileo: ipe Bonauē. tūc occupat⁹ i obsequijs frm̄ z lotura coq̄naria nūcijs diterit q̄ poneret illa in palū (q̄ vsq bodie dr ꝓ meoria ibi stare) vsq̄ q̄ inq̄t ꝓficiā z explebo scutellaz lotura. sed illi interi obꝑuaueñt ne Bona. fugeret. Et sic ad apl'icū duct⁹ iuit⁹ est ī signit⁹. Fact⁹ āt cardinal' ī ea vocatiōe pari scitate z opez fructu ꝓseuera uit benign⁹ ꝓudēs būilis pudic⁹ sobri⁹ z oīm ⁊tute clar⁹. J Quarto grāz lūiose sapiētie ac īstructiōis doctoral'. qz ꝓfecit pl'imos libros ac editiōes. ciusq̄ opuscula sūt multū celebria. ꝓ fulgēt em̄ ꝑmo deuotiōis sapoze: vt claret legē ti. vñ z seraphic⁹ doctoz ē appellat⁹. Sc̄do ꝑful gent copiositate. qz sr̄ pl'ima vsq̄ ad. ccc. nūerū. Tertio ꝑfulgēt vtilitatꝫ luciditate. bñt em̄ cū p funditate sensus tālucidā facilitatē vt oīb⁹ meri to ꝓdesse possint. Quinto grām altissime ꝓ platiōis z deuotiōis. nā cum ea rēpestate sctūs thomas de Aq̄no ordis ꝑdicaroꝝ scitate clar⁹ z Bona. magē charitate ꝓlūcē⁹ accessisset ad visi tādū z ꝓferēdū cū eo de aliq̄b⁹ q̄stiōib⁹: z tūc sā ctus Bona. hostio celle clauso ꝓplatiōi diuie insisteret: itrosperit b. Tho. p foramē z vidit bo nauē. ī ꝓplatiōe raptū z a cra mirifice subleua tū. tūc ad suos ait. Finam⁹ scm̄ inq̄t. O dei gr̄a mira ī cbīi amoze. R Sexto būit grām digne cōionis. qz cū a dbuc in minoriby a gēs ex būili

tate ñ auderet cõicare plibusqz diebꝫ abstinuisſz z die q̃dã in missa deuot⁹ adesset: de⁹ ab alto respiciẽs bũilitatẽ ei⁹ ãgelũ misit q̃ gticulã ꝓsecrate hostie acceptã de manu celebrãtis ozi Bona. tmisit. ob qõ ab oibꝫ p̃dicat⁹ btũs. Septimo grãm mirifice opatiõis. Cũ eñ Lugduni mlier q̃dã Simona btõ Bona. deuota: mortuũ pe⁹ perisset aduocato sctõ viro z cadauere eidẽ ante pedes posito: mr̃ i lecto flens z cetere mlieres q̃ aderãt scti viri opem i salutẽ depcate sũt. Cũ vir sctũs ozãs z sigꝫ crucꝫ sup puerũ facto: viuẽtem reddidit matri. Uñ tritũ ẏbũ in illa tota puincia excreuit q̃ vicꝫ sctũs Bona. mlieres vtero labo rãtes a ꝑiculo erimit inuocat⁹ Octauo grãm sctissime ꝓsũmatõis. Cũ eñ eẽt plen⁹ bonis opi bus z meritꝫ ãno dñi. Mcclxxiiij. z sue etatꝫ. liij dñica die q̃ erat. xiij. Julij q̃euit in dño z aia ei⁹ gl'iose exrat i celo cozonata: nõ solũ aurea diuie visiõis sz etiã ĩsup aureola p̃dicatiõis: z vt puta tur ex ꝑhabitꝫ aureola ẏginitatꝫ. Ei⁹ aũt gl'iam de⁹ cõprobãs manifestauit miracul' multis. Ca put q̃ppe ei⁹ post obitũ. clr. anno cũ leuaret cor pus sic solidũ z itegꝝ est reptũ cũ capillis heren tibꝫ labijs dentibꝫ z lingua vt i nullo a vitali sta tu aut colore demutata fuerit visa. Denicꝫ vt ꝑ ter solita miracula in cecis claudis lepꝛosis pa lyticis ꝛc. aliq̃ saltẽ ꝑcipua notem⁹. Coptũ est re uera q̃ ei⁹ suffragia ꝓsunt iuocãtibꝫ. Prio q̃dẽ q̃ssatis z ꝓtritꝫ mẽbris z ossibꝫ. Scõo ruptura i inguinibꝫ patiẽtibꝫ z misere putrescẽtibꝫ. Tertio ple carẽtibꝫ. Quidã nãqz Francisc⁹ de vro re ꝓpria ples filias bñs z nullũ masculũ: ꝓtece fusa ad sanctũ Bona. ꝓmeruit filiũ masculum quẽ noie illi⁹ Bonauẽturã vocauit. Candẽ pe ste ualescẽte in puincia oibus filiabꝫ ilti⁹ bois extinctis: puer Bonauẽtura infect⁹ cũ morti ꝓri maret: clamitabat q̃ a malignis spiritibꝫ p̃tia eoꝝ horrida veraret. dicebatqz infelix. Succur rite z hos spũs malignos fugate. Cũc parenti bus ꝓsternatis p̃ce fusa ad sctm̃ Bonauẽ. puer mor salu⁹ surrexit cũ magna parentũ z cõciuiũ leticia. Referã z b̃ tpe factũ miraculũ in Hun garia cũrate strigoniẽsi anno dñi. Mcccclxxxvij puer q̃dã ad mortẽ ifirmat⁹ cũ iã nulla eẽt spes salutꝫ illi⁹: parẽtes in p̃dicatiõe audiẽtes de scti Bona. meritis deuouerũt ꝓ illi⁹ sanitate sancto Bonauẽture missas facere celebrari. z statĩ iste puer san⁹ surrexit. z parẽtes ꝓ conseruata ꝓle grãs egerũt acvota exoluerũt. Quarto i extre mis sine viatico decedẽtibꝫ. Nã q̃dã Stephane ta i extremis corp⁹ dñi allatũ nec agnoscere nec recipe potuit. ꝓ q̃ fili⁹ ei⁹ Frãcisc⁹ noie sctm̃ Bo nauen. depcat⁹ est. z sic fidẽter corp⁹ dñicũ affer ri ꝓcurauit. qõ illa statim agnitũ reuerẽter suscepit. Rogem⁹ ĝ charissimi dñm iesum vt huius scti meritis det nobis grãm z gl'iam. Amẽ.

De sancto Bonauẽtura Sermo alius.

Bonus homo de bono thesauro suo ꝓfert bõa Mat. xij. Nec ẏba bñ q̃uenit dici de sctõ Bona. q̃ denoiat a bono. Et reuera ipe san ctus Bonauen. bon⁹ hõ de bono thesauro. i. de bona volũtate z sctã sapia q̃ sic thesaur⁹ abscon ditus latet in mẽte: ꝓtulit bona mlta. s. docume ta salutifera in suis libꝛis docẽdo oium generũ boies. Sz qm̃ vt ôt saluator Mat. v. q̃ fecerit z sic docuerit b magn⁹ vocabit in reg̃ celoꝝ. Jõ ip solũ ẏbo sz exẽplo scitatꝫ z ope iste bonus bõ imo optim⁹: vtpote scissim⁹. i. Bonauẽ. de bo no thesauro sue scitatis ꝓtulit bona filijs ecclie Uñ de ipo bec ẏba accipiẽdo ꝓ fm̃ oẽria myste ria notabim⁹ fm̃ tres stat⁹ saluãdoꝝ vt dicam⁹: qz is cipientiũ z ꝓficientiũ ac ꝑfectoꝝ vt dicam⁹: qz is bon⁹ hõ vicz Bona. de bono thesauro sapie, ꝓfert bona exẽplo z verbo.

Primo incipiẽtibꝫ z ad chm̃ iesum ꝙuersis.

Circa scōm ꝑncipale de pijssima libatōe. i. magdalene p chīm sit. p ꝓclone dicti Bed. sil. z Augu. di. sic. O q̄nta vis ē i lachrymis penitentie. abluunt culpā. extinguūt gehennā. restituūt ablata. z ascendunt ad celos. apiēdo celestē tanuā. Et dant rēt hec i exēplo magdalene quā pijssim⁹ iesus p lachrymas pnie pie libauit ab ꝫ triplici malo rei

(Rituēdo celo.

Prīo a carnali culpa.

Scōo a gehēnali ruina.

Tertio a mūdiali infamia.

Prīo q̄dē libauit a carnali culpa. qz cū carnalis esset z oīb⁹ pctis plena lachrymosam ē p pnia berata z abluta: sic q⁹ de cero nūq; peccauerit. Et est mira: cū tñ pcā magdalene antea essent multa z ꝓsuetudinaria z publica in ciuitate ēm cuāgelia

Querit b. Utq; magdalena peccauerit in originalitate sola volūtate pue ꝓcupie aut etiā opere. Ad b tres sē modi dicēdi. Prīo fuerūt q̄dā qui vt Chrys. z Orige. dicentes q⁹ Magdalena sola mēte fuerit corrupta. sed carne pseuerans casta. Vñ z q̄dā famosus doctor cōpat eam paulo de cēs q⁹ sic paul⁹ ꝓpe nimia superbia cast⁹ p̄sumpsit. etiam magdalena cui ex superbia nemo cōplacuit

Et adhuc hñt rones ples. q̄z Una est. qz nō est p
babile inquntꝫ talis peccatrix cū chō zmſe eiꝰ
mūdissima habuisset tātā familiaritatē si fuisset
publica peccatrix ope. Alia rō qz pepulata fuisse
nō legit. nā z chō capill' tersit pedes: nō peplo. g̃
videt ꝫ ginali habitu capite ñ pepulato icesse
rit. Tertia qz iudei ipam magis honorabant q̄z
marthā sororē eiꝰ ginē. Nā z scē mlieres cū ea
ta qz ipa fuit ꝓma nūcia z testis resurrectois chi
sed ifames repellunt vt indigna a testimonio. iij.
q. iij. nulli. z. q. v. oēs. extra de testib z attestatiōi
bus. c. testimoniū. Et qdꝫ videt ꝫ ipa non fuerit
talis ꝫginitas recuperet ꝓ pniaz. Jō non tenet hec
opinio ab eccl'ia. Et rō potissima. qz scriptura ec
clesie canonica notat ipsam peccatricē in ciuitate
et eiꝰ occult' peccat' iudicare vel ꝓdēnare nō debz
nec pōt. sz de mālefic' z ope ppetrat'. qz pcm̄ qō
ppetrat' pctis magdalene locutꝰ fuerit z ñ ō mē
tale sola mēte ficta solo dō pūit. Nec patēt ꝓ Piero.
ties ꝫ magdalena fuit publica meretrix. Et b̄ di
cit sic. Oñ pstituta lupanar eruit. tunc disci
pul' gehennā itrauit. qñ illa mercedē suī corpis
abdicabat: tūc iste pciū sanguis mgri sui postpo
labat. Nec Leo papa. Sz sic dicere de magdale
na foret marie durū ꝫ tānobilis z diues ꝓ pcio
se pstituerit z loca lupanaria ibabitauerit. Et ra
tione marie fac̄ pcepti illi. Deuc. xxiij. dicēt'. Nō sit
meretrix de filiabꝫ isrl'. Itē qz cū ipa chō adhesit
post pniaz: iudei sibi nō pepcissent sicut nec chō
pepcerūt. sed leg' dānatiōez ei intulissent q̄ dic̄ ta
les lapidari ōbere Deuc. xxij. Nō videt g̃ verisil'e
quꝫ ipa fuerit talis meretrix publica. Sed docto
res p̄dicti loquūtur per aggeratiōne de ea vbi s.
ad denotandū ꝫ eiꝰ vita fuit multū dissoluta z
lasciua z mlt'ū denotata fama eiꝰ: vt videret q̄si
vna ex pstitutis meretricibꝫ licz nō esset talis in ve
ritate. Tertiꝰ g̃ dicēdi modus est meditū tenēs
z est mitior ac verisil'ior viz ꝫ ipa nō sit ꝫgo vt
tener cōiter eccl'ia. nec fuerit publica meretrix. sed
ꝫ fuit i sua domo delicijs ocioq̄ vacās vanisq̄
ornatibꝫ lasciuiosis in crinibꝫ facie z vestibus ac
uersatiōe cū inuenibꝫ tādissoluta vt fuerit infa
mata ꝓ ciuitatē q̄si vna ex meretricibꝫ. z sic ꝫ ipa
ōr peccatrix in euangelio. z ꝓ doctores hoc intel
ligēdū est fm cōem famā suspitiōis. sed miri' est
interpretandū. maxima tñ dei clemētia fuit ꝫ eā in
dignā a pctis liberauit. ℣ Scō chīs pie li
berauit ꝓ lachrymas pnie magdalenā a gehēna
in celesti reg̃ magna fieret. Ideo Amb. li. pfa. ōt.

O felix pnia q̄ ad se trahit dei clemētiā z ligat eiꝰ
oipotētiā z inuenit cor̄ā deo gr̃am extinguens. s.
gehēne flāmā Augu. Flāmā penaꝝ extinguit vn
da lachrymaꝝ Queri pōt. q̄ sunt occasiōes vel
cause grauis ruine in muliere. Ad qō rñdet fm
doc. ꝫ ꝑcipue tres sūt q̄z magdalenā fecerunt in
pctā ruere. Primuz est pulcritudo seu formosi
tas. Theophrastꝰ. Mulier pulcra cito adamat
difficile ē custodire quā ml'ti amant bñe. Deu q̄z
multe ml'ieres sūt q̄ suā pulcritudinē ornatu va
no ampliāt: sic fecit z magdalena. z tales digne
sunt ꝓfundissima gehēna ruētes in ml'ta vicia et
pdentes alias hoim in ꝓcipia. vñ Matth. xvij.
Ve illi per quē scandalū venit: expedit vt suspē. i
col. eiꝰ mo. asi. z demer. in p. rē. Dicit. ad Furiā
Ornatus iste mulieꝝ nō dñi est velamen. sed an
tichristi. lingua ꝓsonat castitatē z torū corꝓ ornā
tū ꝑfert ipudicitiā. Idē Ve nō filie reg' chīi sz
regis tyri. i. diaboli q̄ vultu z capillō alias z capi
unt. Nec ille. Scōa occasio ruine ḡuis in ml'ie
re est vbertas q̄ satisfactiōi corꝓi in delitijs come
dēdo bibēdo dormiēdo laborez fugiendo. j. Ti.
v. Que in delitijs ē viuēs mortua est Bed. Perti
dicit castitas in delitijs. pz b̄ i magdalena. Ter
tia est libtas. ꝓt' qō Eccl'i. xlij. Sup ml'ierē neq̄z
Lyra. i. lasciuā: bonū ē signū. i. clausura vl' custo
dia ne euagēt. sup filiā ꝓstitue custodiā neq̄ndo
fa. venire in opꝓbriū inimicꝫ rē. Magdalena
libertatē habuit. z sic ml'ier ruit in pctā z gehē
nā. sed chīs liberauit. ℣ Tertio chīs libera
uit magdalenā ꝑ lachrymas pnie eius a mūdia
li infamia: meliori ml'ti nois ꝑstans sibi famaz
vt vicz dicer̄t amica z hospita chīi dilecta. eiusq̄z
sectitatis z deuotōis fama p orbē diffusa vbiq̄ cō
mēdaret. iuxta qō saluator ait Mat. xxvj. Amē
dico vo. vbicūq̄z ꝓdicatū fue. b̄ euā. i to. mōo di
cēt. z ꝫ hec fecit in mēoriā eiꝰ. O sctā pnia. o brē
lachrie q̄ delēt culpā. extinguūt gehēnā. restituūt
pditā famā. vt hec ōt Aug. Queri pōt. q̄ sit remē
dia valentia ml'ieribꝫ ꝓ aie z fame custodia z ho
nesta vita. Ad b̄ rñdet Aug. li. ō decē chordis ꝫ
ꝓmū ē timor dei. scōz ē ꝟecūdia q̄ ptimescit pde
re famā z verec̄ agere inhoneste. tertiū ē timor pe
ne leg' peccatrices pūient'. q̄rtū ē solicitudo male
declinatio z cautio. Nec fm Augu. Ista q̄dē de
fuer̄t in magō. z tō fuit valde ifamata. z qō pei
fuit ōi inimica z brīs angel' odiosa ac diaboli fi
lia. O magdalena q̄z vilis fuit i illo statu ꝓdicio
sa. O q̄z infelix z misera pctoꝝ viroꝝ z peccatri
cū ml'ieꝝ vita: manere i dānatōis ruina. o felicis
sima pnia q̄ abluit aiā: restituit gr̃a z celest' gl'ia
Circa tertiū de gr̃a acceptatiōe sit ꝓ cluſiōe
illud Grego. in homel'. di. ꝫ Magdalena quot
in se babuit oblectamenta: tot de se inuenit holo
causta. s. chīo grata vt totū fuiret deo in pnia q̄c
quid deū offenderat in culpa. Nec ille. Et b̄ de
clarat breuit'. Nā magdalena multū gr̃a sacrifi
cia seu holocausta sacrificauit chīo iesu triplicit'

De sancta Maria magdalena

Primo ex aīa vel corde.
Scōo ex corpore.
Tertio ex toto tpe vite.

Prio ex aīa quā sacrificauit cremādo triplici incēdio. s. doloroſe ꝓritiōis adeo vt oīa crimia ei⁹ cremarēt ꝛ ꝓsumerent Deb. r. De⁹ nr̄ ignis ꝓsumēs est. s. criminū Greg. Incēdit plene pcti rubiginē q̄ ardet valide p amoris ignē. Scōo sacrificauit aīaz incendio amoris: qm̄ dilexit multum Tertio incēdio desiderij ꝛ deuotiōis. qz ardebat desiderio chr̄i q̄ oēm erubescentiā vicit: ꝛ inf̄ epulas lachrymas obtulit: vt ait Grego. Scōo ex corpe magdalena ḡtissima holocausta sacrificauit chr̄o p singla membra. Prio nāq; capillos chr̄o sacrificauit eis pedes chr̄i extergēdo. Scōo oculos lachrymas abūdanť fundēdo vt lauaret pedes chr̄i. Tertio faciē pudoꝛ ruborē p pctis humiliť suscipiēdo. vñ Aug. Erubescētia maxia pe est satisfactōis. p vos peccastī. p vos q̄ erubescatis. s. i ꝓfessiōe. Quarto sacrificauit aures verba chr̄i audiēdo studiosissime. Quito os ꝛ nares in pedū chr̄i deuota osculatōe. Sexto manꝰ iungēdo ꝛ amplexādo pedes chr̄i. Septso totū corpꝰ hūiliť pſternēdo ꝛ chr̄m adorādo. Octauo totū sanguinē i abstinētia ꝛ castitate deceko viuendo Nono totū coꝛ effundēdo p deuotā oſonē p venia. Ut em̄ ait Aug. in ſmōe. q̄uis ſmonē nō pmebat. tacita tm̄ loq̄bat coꝛde talia forte ẏba. O ihesu bone. o spes vnica salutis mee miserere mei. ego sū illa infelix ingta q̄z peccatrix q̄ te multiplicit offēdi. q̄ mlt̄as aīas illaq̄ando pdidi. ego sū filia diaboli q̄ te deū ꝓtēpsi. Deu me miserā deu me ifelicē iniq̄ agētē. s. tu miſicors idulge mihi ecce pedes tuos osculoꝛ q̄ vēsti pctōres saluare Scio qz nō despicis coꝛ ꝓritū ꝛ būiliatū ſm scripturas. o dulcis ihesu. o bñdicte fili dei: te lachrymose depcoꝛ sana aīam meā qz peccaui tibi. miserere mihi peccatrici. parata sum deceko cauere. et obediēdo precepti tuis obtpare. Talia q̄ plima ẏsabāt i coꝛde magdalene. O ꝛ tu pctōꝛ. o peccatrix fac sil'r ꝛ viues Tertio ex toto tpe vite magdalena se chr̄o sacrificauit i oi pfectōe sctitatis p seuerādo ꝛ crescēdo mirabil'r i ōi gr̄a ꝛ celesti ꝓtē platōe adeo q̄ sibi angeli mistrarēt q̄tidie ipaz i ethera eleuādo septies. ꝛ cibo diuie dulcedis reficiēdo. Tādem q̄z portando ad cōionē eucharistie ꝛ spm̄ i celū deduceñ. vt pz ex legēda. Ex qbꝰ oīb̄ claret q̄z grata q̄z accepta sit deo sacra pnia q̄ nō solū tollit crimia. sz exaltat i gl'ia. O bñdicte deꝰ. o pī misericordiaꝝ. o pdulcissime ihesu ecce oñdisti q̄z. s. imēsa sit charitas tua erga penitentes. Te g̃ flentes rogamus: vt p btē magdalene merita des nobis gr̄am ꝛ gl'iam

De sancta Maria magdalena. Sermo. IIII. scz de eius ꝓuilegijs.

Reuertere reuertere sunamitis, reuertere reuertere vt intueamur te. Cañ. vj. c. ꝛ ad laudē huius festiuitatis. B Hec ẏba dicit deꝰ in ꝑsona magdalene cuilibet peccatrici aīe reuocādo eaz a peccatis ad pniaz. Nā ſm Piero. i interpratiōw hebraicoꝝ nom̄. Sunamitis iterpratat misera ꝛ captiua mortificās vel mortificata. Tal'p oīa ē aīa peccatrix. Nā misera ē. qz a sūmo bono. s. deo aliena ꝛ infernali supplicio digna. ps̄. Conuertent pctōres in infernū oēs gentes q̄ obli. deū. Jré est captiua scz qz est sub ptāte diabolica ligata. Prouerb. v. Funibꝰ pcatoꝝ suoꝝ q̄sq; ꝑstrigit. Deniq; ē mortificās Sap. xvj. Dō p malicia occidit aīam suā ꝛ sic est etiā mortificata spūal'r. qz a vera vita q̄ deꝰ est ꝓuata ꝛ sepata. Misericors ḡ deꝰ pī filios sicut reuocauit magdalenā dicit sic. Reuertere reuertere sunamitis. i. aīa peccatrix. Quater dicit reuertere. q. d. iuxta ꝓdictas interpratiōes. Reuertere a miseria pcti ad sctāz ꝛ ꝓuosam pniaz. Reuertere a captiuitate diaboli in libratē filioꝝ dei. Reuertere o sunamitis. i. aīa peccatrix. Reuertere a dānabili inimicicia q̄ aīam occidis ad dei gr̄az. Reuertere a morte ad vitā vt intueamur te. s. p ḡtiaꝝ amorē Aug. Ubi amoꝛ ibi oculꝰ. Deus ḡ pī ꝛ filios spūsctūs amāter intuenť aīaz penitētē ꝛ a pctis reuerti curātē: sic̄ pz i exēplo magdalene. Jhūs ḡ honorē ẏba p̄missa acciptū p sermōe. Jhūs xta q̄ ẏba tria myſteria accipiꝰ ſm q̄ triplia ꝓuilegio amādo intuit. est deꝰ magdalenā. Pcio in sua pnia. Scōo in sctā vita. Tertio in celestī gl'ia. Dicit ḡ deꝰ illi. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te.

Primo in sacra penitentia.
Scōo in sancta vita.
Tertio in supna patria.

B Circa p̄mū sit. p ꝓclusione q̄ p̄ssim̄ deus magnoꝝ ꝓuilegioꝝ gr̄a dilexit magdalenā i ipa pnia.

Primū ꝓuilegiū pnial' pfectōis.
Scōm exēplaris electionis.
Tertiū familiaris susceptiōis.
Quartū certitudinalis securatiōis.

Primū est inq̄ priuilegiū penitētialis perfectionis: quia ipa egit de omnibus peccatis congruis perfectam q̄z penitentiam. quod valde paucis sanctoꝝ est. Juxta illud Ambrosij libro de vita penitentia. Et notatur de penitēt. dist. iij. Penitentia periuntur. vbi dicit sic. Ego facilius inquirim ni qui recte seruauerit innocentiam q̄z qui cum grue egerit penitentiā. Dec ille. Sed seruatur innocentiam paucissimoꝝ. est. quia vt ait Augustinus. xxj. de ciuita. dei. Paucissimi sunt ranę fidei citatis: vt ab ineunte adolescentia nulla damnabilia peccata cōmiserint. Dec ille. Sequitur ergo q̄ congruam penitentiam egisse vel agere est magnum dei donum ꝛ rarum priuilegium.

Queri potest. q̄re tām irabiliter loquatur Ambroꝛ. cū multi inueniank in fine penitētes recipiendo duisse. ꝛ pauci inueniank aīas fine vite sine impe-

li.ar.l.dist. Quia tua. Nec qō mouet in glo.ibi/ dē sup ꝥbo facili⁹. Et rñdet ibi glo.q̄ hoc dicitur Amb.intelligēdū est de ꝥginali integritate carnis q.d facili⁹ inuento q̄ seruet ꝥginitatē q̄z post cor/ ruptionē carnis seruet ꝓtinētiā.qz tunc facili⁹ ca/ det(qz z fortiꝰ tētat ꝑ ꝓbabite delectatiōis expi/ mentū) Proinde Boe.dr q̄ facili⁹ est ad ꝥtutez ſuz. ar.de pe.di.j.§. Sūt q̄ arbitrant. in glo.sup ꝥbo Cōgrue. Jtē pōt etiā dicū illud Amb.intelli/ gi de pnia pfectissima q̄ nō solū delet pctā.sz etiaz peccādi affectōez quā nō bñe difficillimū est. Nec glo.sup dicta. Sed qm̄ magdalena sic pniaz pfe/ cit tenuit z oīmodā cōtinentiā. Idcirco pfe/ cissime pnie ꝓuilegiū habuit. Et Pro q̄ no/ tandū q̄ pfecta pnia debet bñe ḡtuoz ꝓditiōes. iij.dicit.q̄ ḡtuoz recogitat vel recolit pcm̄ moz/ talē p qō deū offendit tenet dolere. qō si nō facit denuo peccat.qz volūtarie manet ī inimicicia dei Pzio eīm debet esse dolorosa. vñ Bonauē.sup 7 negligit recōciliari creatori suo quem offendit Jdeo Aug.de pe.di.iij. Penitentia.dicit sic. Pe/ nitere est penā tenere vt ꝛp puniat in se qō cōmi/ sit peccādo. Glo. Puniat ꝛp habitu non actu. Et Semp doleat z de dolore gaudeat z nō semp doluisse doleat.qz vbi dolor finit: de venia nil relinquit. Hec ibi. Secdo debet esse pudoro/ sa.ſ.in cōfessione Aug. Per vos peccastis: p vos erubescat. Erubescentia est maxia ḡs satisfactōis Tertio debet esse oꝛosa ī satisfactiōe Aug.de pe. di.iij.circa pncipiū dicit.q̄ q̄ veracit̄ peniteat ma/ lū qō fecit impunitū nō sinit. Quarto debet esse amoꝛosa i ꝓpōsiti firmatiōe q̄.ſ.p dei amoꝛe do/ lens eī⁹ offensaz nūq̄z velit de cetero peccare Jsi/ do.de sūmo bo.z de pe.dist.iij. Irrisor est inq̄t z nō penitens q̄ adhuc agit qō peniteat. Nec videt deū poscere subditꝰ ſz subsannare supbi. Nec il/ le. Sicut exēplū.si cu pcussisti in maxillā aliquē z dicis te dolere qz fecisti ac ventā petis.z tū b idez iteras: derisio qdā est. Sic ī ꝓposito brā magda/ lena mulīū doluit pctā z defleuit abundātissime z maxima erubescentiā sufferre voluit coꝛā oīb⁹ cōuiuātib⁹. O qe etiā satisfecit p q̄ peccauerat.ſ.p oculos lachrymando.p capillos satisfecit tergē/ do chr̄i pedes.p os osculādo.p vnguētū chr̄o of/ ferēdo laudabilr qō coꝛpi suo antea exhibuerat me cauit plena chr̄i charitate: q̄ ipa pfecte pnie p/ legiū habuit. D Secm puilegiū exēplaris electiōis.qz ipa.ſ.magdalena electa est ī exemplū salutis z data penitētib⁹.sic chr̄i mr̄ data est in ex/ emplū ꝥginib⁹ z inocētib⁹. Nimiꝝ due erant vie eundi ad patriā. Una innocentia.altera peniten/ tia. Jō deus dedit hoib⁹ in speculū z exēplū salu/ tis suas marias pfatas. Sed de ista duplici via solēt q̄stiones oriri inter hoies. Prima q̄dez de bonoꝛe. Utꝝ deꝰ eq̄ dignitate bonoꝛet penitē/ tes sic innocētes siue ꝥgies. Ad qō rñdet Greg. dist.l. Quia tua di.q̄ sic petꝝ post negationē pe/ nitentia secuta lapsus ab apl'atu ñ expulit: sic et ad alia dignitatꝫ officia restituit. Vñ clarz q̄ chr̄s nō minꝰ honoꝛat penitētes q̄z innocētes in eq̄li charitate exñtes.z ō quo ad ꝓmiuz essentiale i ce/ lo fm qō ōr Bonauē.sup.iij.dist.xxxij. Et Rich. sup.iij.di.licz q̄ ad ꝓmiū accidental' aureole in/ nocentes ꝓferanꝫ. Vñ ō chr̄s in magdalena exē/ plarit edocuit qñ ipsam licz peccatricē:formosaz tñ post pniaz adeo honoꝛauit q̄ in societatē sue sctissime ꝥgis mr̄is admisit. Ē Secda q̄stio ō istaꝝ viaꝝ ḡtuito amoꝛe. Utꝝ chr̄s maioꝛi gr̄a amet ꝥginē q̄ nūq̄z peccauit q̄z eū q̄ peccauit qui dē sed penituit. Ad qō rñdet Aug.li. ꝯ Faustum di.qlīt agricole plꝰ placēt agri q̄ spinis magnis eradicatis centuplū ꝓtulit q̄z agri q̄ nullas spi/ nas habuerūt vnq̄z.z tñ ad centenariū fructum nūq̄z puenerūt.sic deo plus placēt illi q̄ peniten/ tes feruētiꝰ in charitate dei crescūt q̄z q̄ licz iusti sint.tñ minꝰ fructificāt z miꝛi in charitate sunt. Hoc chr̄s exēplariter edocuit ī magdalena quā chr̄s etiā pl'ib⁹ ꝥgib⁹ ꝓtulit:maioꝛē gr̄am z gl'az essentialē ipsi ꝓferendo. Ē Tertia questio de pnie valoꝛe. Nā possent dubitare mō ani boies z dicere. q̄d valent lachryme pctoꝛis :cū scꝑtū sit Joā.ix. Scim⁹ qz deꝰ pctoꝛes ñ exaudit ꝛc. Ad qō rñdet Piero.di. Dīo deū lenit .sed lachryma deū cogit.ſ.ad miserādū pctoꝛi Jō subiungit. O hūilis lachryma tuū est regnū:tua est potētia:tu vincz inuincibilē z ligas oīpotētē. Ad idē Amb. ōr. Ablue te lachrymis:laua te fletib⁹.si tuipse fle/ ueris:alius te nō flebit:si Laiz iudas ꝥtutē la/ chrymaꝝ sciuissent ; desꝑare nō debuissent Ber. etiā ōr. Neqz mūdus diluuio ꝑiisset si ad lachry/ mas ꝓfugisset. O q̄nta iq̄t vis ē in lachrymis pe/ nitētis.abluūt culpā .extinguūt gehēnā .a scēdūt ad celos.descēdūt ad abyssos.ignē ifernalē extī/ guūt.celos pulsant.deo pctoꝛē recōciliāt.hec ille. Hec oīa exēplariē deꝰ edocuit in magdalena ꝓ pctoꝛib⁹ penitētib⁹ Vñ.p ipa mr̄tū debēt pctoꝛes deū laudare z ad pniam ꝓuocari. Et insup mr̄ies dñt deo gr̄as magꝝ agere. qz coꝛ serꝰ magꝝ gl'ia ē decoꝛatꝰ:pncipalius ex mr̄e chr̄i.z pꝰeā ex magdalena q̄ ē speculū salutꝫ z exēplū pnie ꝥtoti mūdo. B Tertiū ꝓuilegiū familiarꝫ susceptō/ nis. Nullū eīm pctoꝛē penitētē legimꝰ tām familiarē ter susceptū a chr̄o sic magdalenā quā ñ solū ad/ misit ad se venire.sz z ei pedes ad tāgēdū z ad vn/ gendū atqz tergendū z osculandū ꝓmisit Greg. in homel. Pensem⁹ frēs charissimi q̄nte pietatꝫ fuerit dñs q̄ mr̄ierē peccatricē nō solū ad se vēire mittere dignatꝰ ē.sz etiā ad tāgēdū z osculādū ei pedes tribuit Si q̄rak ergo.q̄re sic chr̄s voluit Rñdet q̄ ꝓmo vt ꝓ talē pietatē ꝓuocaret oīes nos ad penitentiā. Jdeo Greg.subdit. Consi/ deremus gratiam misericoꝛdis dei: z damnemus multitudinem reatus nostri. Item Bernar. O

De sancta Maria magdalena

ru pctōr exēplo peccatrīc̄ pſterne te ad pedes Je
ſu. oſculare o ania miſera vt deſinas eſſe miſera
Scōo p ſīḡ pac̄ inť deū ꝛ penitētē. Nā chr̄s dn̄s
legiť oſculat⁹ a q̄ttuor. Prīo a virḡie mr̄e p ſīḡ
intimi amoris vt doceať q ꝙ intimo corde deus
diligūt deus oſculari ꝛ ab eo reamari merentur
Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. Scōo a
ſm̄eōe p ſīḡ deuotiōis ad ſignificandū q deuo
te orār̄es ad oſculū recipiunť a chr̄o eraudiunť
Lu. xj. Dis q petit accip. ⁊c. Tertio a magda. p
ſīḡ reconciliatōis penitentiū vt dictū ē. Quarto a
iuda pditore ad Fcandū q recidiuantes in pcā
poſt pniam q̄ſi oſculo tradūt filium hois: ꝛ iō
dānank cū iuda Heb. vj. Rurſum crucifigētes
chr̄m in ſeip̄is. ℣ Quartū p̄uilegiū: certitudi
nalis ſecuratōis. qz certificata eſt de tribꝰ. de qbꝰ
alīj boies cōiter ſunt incerti. Primo de plenaria
pctōz remiſſiōe. qz dixit ieſus. Remittūť ei pcā
mul. Lu. vij. Si g̃ q̄ras. Cur chr̄s nō iniūxit ex
teriorē aliquā pniam magdalene niſi h. Vade ꝛ
amplius noli peccare. Rñdeť qz vidit ei⁹ ꝓtritio
nē eſſe tāfortē ꝛ pfectā q ſuffecit delere oīa ꝛ ple
nariaz meruit remiſſionez. ℣ ſi modo alīq tales
eſſent. Scōo certificauit ħ dei charitate. cū tñ ne
ſcit hō an odio vel amore dignus ſit Eccl̄s. ix. ſed
magdalenā dixit chr̄s multū dilexiſſe. Tertio de
pſeueratiōe ꝛ celeſti bēcudine qñ chr̄s dixit ħ ea
Maria optimā ptē elegit q non auferet ab ea in
eternū Luc̄. x. ℣ g̃ ieſu bone q̄ mira tua gr̄a: q̄z
laudabilis tua miſcōia ī magdalena: tibi laus ꝛ
J Circa ſcōm de alīs p̄uilegīs in vita (gl̄ia
ſcā ſit p ꝓclusiōe q dulciſſim⁹ ieſus maris pui
legīs dilexit magdalenā in vita ſanctitat⁹. decla
rať er alīs q̄ttuor p̄uilegīs ꝓtinuādo in ordie
ad dicta. Quintū p̄uilegiū diuialis dilectōis.
qz magdalenā chr̄s ſpecialiť dilexit. qđ pz ex plu
ribꝰ ſignis. Prīo qz in ſocietatē ſue matr⁹ eā acce
ptauit. Scōo qz ſepiſſime apōs eā cū diſcipul⁹ ho
ſpitari voluit. Tertio qz p ei⁹ charitate plura mi
racula fecit. Nā ei⁹ fratrē Lazarū q̄triduanū de
functū ſuſcitauit. Jtē martham ei⁹ ſororē a fluxu
ſanguis liberauit Fm dictū Amb. Jtē domicellā
illius marcillā ſp̄uſctō inſpirauit: vt dicerz. Bea
tus vēť q te por. ⁊c. Quarto qz magdalenā chr̄s
vbiqz excuſauit ꝛ ei⁹ aduocat⁹ ac defenſor extitit
Patet. qz cū ſimō eā in corde deſpiceret p pecca
tis: chr̄s eā excuſauit q. dimiſſa ſūt tibi qz dilexit
multū. Jtē martha ꝛ eā conq̄ſta eſt de ocioſitate
ad pedes ieſu ſedent⁹ ꝛ vbo chr̄i intēdēt⁹. Chr̄s eā
defēdit ꝛ ꝓmēdauit di. Maria optīaz ptē elegit
Aug. Nō tu malā. ſ. in miſtrando. ſed illa melioꝛ
rem in ꝓtemplādo. qz ꝓtēplatio nobilioꝛ eſt vita
actiua. Deniqz apud iudā ꝛ diſcipl⁹os improp̄e
rātes de vnguēto di. vt q̄d pditio hec vnguēti fa
cta. poterat em̄ venūdari ꝛ dari pauplb⁹. chr̄us
multū cōmēdauit ꝛ acceptauit ei⁹ opus di. Bo
nū op⁹ opata eſt in me Mat. xxvj. Et ſic patz q
chr̄s eā dilexit Sextū p̄uilegiū iſignis illuſtra
tiōis. qz chr̄s dn̄s magdalenā inſigniter p mulꝰ
ſanctis in vita ſua reddidit illuſtrez. Primo qz
poſt gl̄ioſaz matrē ℣ginē mariā p̄mo oīm apoſ
ruit magdalene poſt reſurrectiōez qđ fuit mane
gr̄e. Scōo qz recedētibꝰ alīs a monumēto dñi
ipa p̄ ardore deſideriī recedere nō poterat ſicut ꝛ
ſub cruce cū ℣ginē mr̄e vſqz in finē ſteterat ad ſe
pelīēdū chr̄m. ꝛ ſic chr̄s fecit eā p diſcipl⁹is cōmu
nibꝰ amicā p charitatē. Tertio qđ maximū ē fecit
chr̄s eam apl'oz apoſtolā: qñ p ipam p̄mo oīm
annūciauit illis ſuā reſurrectionē. Deniqz ſ̄pra
ſupra legē ſcpture magdalenā ex oīb⁹ mulierib⁹
ſctis chr̄s fecit ſuū euangeliſtā. Nam Fm ap̄m
j. Cor. xiij. Mulieres in ēccl̄ia taceāt: non
em̄ p̄mittť eis loq. Nñ ꝓcliū cartha. in decretis
di. xxiij. c. Mulier (ait) q̄uis docta ꝛ ſācta virgo
in ꝓuētu docere nō p̄ſumat. glo. ħ em̄ eſt ſacerdo
tale officiū. Ad idē eſt Amb. xxiij. q. v. Mulier.
Sed ſpeciali p̄uilegio ſp̄uſſancti magdalena in
marſiliā deuenies p̄dicauit ꝛ ꝓuerit dño coope
rante ꝛ Fmonē miraculis ꝛ ſeqntibꝰ ſignis cōfir
māte: vt pz in legēda Fmōe. j. ℣ J. Et ſic pa
Septimū p̄uilegiū celeſtis ꝓſolatōis. qz nulli
li legiť deꝰ tādiutinā ꝛ crebrē celeſtem dulcedi
tām mirabiliť p̄ſtitiſſe in h mūdo ſicut fecit magda
lene quā triginta annis ſine oīi cibo ꝛ potu refi
reno degentē diebꝰ ſingul' ſepties ā gelocꝰ agmi
dulci modulatiōe in erbera leuauerūt ꝛ repoue
runt. ꝛ ſic in illa dulcedine celeſti ſanata vixit
pz in legēda. Octauū p̄uilegiū trāſitꝰ felicis
mortis. Nā gl'ioſiſſimis miraculis ei⁹ felix trāſi
illuſtrat⁹ eſt. qm̄ dño reuelāte diem obitus ſui
gnouit: ꝛ epō noīe Maximino p q̄ndā p̄sbr̄m
denūciauit. Jtē die illo aduenīente p angelocꝰ ad
gmia illuc in oratoriū eſt portata. ꝛ in ante cor
altari manibꝰ angelocꝰ ſtans ſubleuata: cuchal
riſtie ſacramētū ſump̄ſit deuotione multa. Jtē
cie erat radioſa vt ſol videntibꝰ mulier. ꝛ ſic ſepul
euchariſtia int⁹ man⁹ angelocꝰ dulci amore. obi
dormiuit. Item corp⁹ remanſit odore ſuauiſſimo
grans diebus ſeptem. Q q̄s audiuit talis ſanctā
noua. o mira chr̄i clemētia in tali peccatrice ania
¶ Circa tertiū de p̄uilegīs que habz ſctitas
in patria ſiue poſt mortē. ſic p ꝓclone q gl'oſus
chr̄s ieſus ſicut magdalenā dotauit in vita mā
gnis gr̄īs: ſic ꝛ in p̄ria ꝛ eccl'ia gl'ificauit glorio
ſis p̄uilegīs. q ꝓtinuādo in ordine ad illa ſcdā
tia. Declarať er alīs q̄ttuor ſequētibꝰ p̄uilegiis.
Nonū q̄pe p̄uilegiū ē p̄mialis coronationis.
Queri nāq̄z p̄ōt. in q̄ chorꝰ angelocꝰ magdalena
putet fore in celeſti p̄mio coronata. Ad qđ ꝛ ad
ctis Fran. maro. ꝛ doctocꝰ colligēdo alīs ratio
nes Rñdeť q in ſupmo chorꝰ. ſ. inter ſeraphin ē
Prīo q dē rone ardētis amoris. Seraphin ē
ait Dion. ardētes amoze iterptant. Et magdale
na maxime amoꝛ ardoze claruit. ergo ꝛc. Vnde
Greg. in hom. ſup illud. Accesſerť ad ieſu pedes
cani ⁊c. ōr. q diſtincte ꝓuerſatiōes hoīm lingue

lor ordinib⁹ angelor⁹ ꝙ gruñtr in eor⁹ sortē p cō
uersatiōis similitudinē deputanť. Dec ille. Scdo
rōne dignificatōis: qz ipa apl'or⁹ apostola dicť
postolico statui i eccl'ia ōbeť sūm⁹ chorus i pria
tāḡ viciniori chio. ḡ debeť seraphin qui celo vici
niorē deo. Et sic ptz ꝙ magdalena cū apl'is ē in
supmo choro. Quinqori chio z dtē mri ei⁹. Dec
mū pulegiū celebris honoris: qz p totū mūdū
ret ꝥ euāgelio celebri mēoria cōmēdať. iurta qđ
saluator ꝓdixit Mat. xxvj. Ubicūqz ꝓdicatū fue
rit ꝥ euāgeliū dicet. Et ꝙ hec fec i mēoriā ei⁹. Jtē
tota eccl'ia vniuersal'r festū ei⁹ celebrat. Unde
cimū efficacē saluatōis. Jpi⁹ em̄ merita sūt mul
tis ꝓdesse ad salutē inuocātib⁹. Nā legiť ꝙ qdaz
te magdalene ponēs rogabat vt sibi indulgētiā
iperaret. z mox oīa pcā deleta inuenit ex illa ce
dula. Jtē milles qdā singul' annis visitabat cor
pus btē magdalene. q tandē i plio occasus dū a
parentib⁹ feretro posit⁹ plāgereť ꝓpe q̄relis opo
nebāt magdalene cur suū deuotū mori ꝓmisisset
sine ꝓfessiōe. Tūc subito defūct⁹ surrexit z sacer
dote vocari ꝓcepit. Cunqz deuote ꝓfessus fuisset
z viaticū recepisset in pace q̄euit. Duodecimū
pulegiū deꝓcabilis intercessionis ꝙ deuotis suis
ertā despatis. Nā legiť in cōmuni legēda ꝙ clert
cius qdā de flādria Stephan⁹ tāscelerat⁹ ꝙ oīa
flagitia exercēs ea q̄ saluti sūt nō solū ñ facere sz
nec audire volebat. ꝙ deuotiōe tñ btē magdale
ne festū ei⁹ colebat z vigilia ieiunabat. Dū ḡ tu
multū ei⁹ visitass⁹ apparuit ei btā magdalena int
duos āgelos sustētata⁹ dixit. Cur stephane nul
la cōpūctōe mouer'. erq̄ ei deuotōem i me bñe ce
pisti. ꝙ te dñs sp instāter exorauit. penitere ḡ z ego
te nō deseram donec ꝺo fuer⁹ recōciliat⁹. Ille mor
in sctā ḡra infūdi sensit ꝙ seculo abrenūciañ.
religionē intrauit z ꝓfectissime vixit fuit. ac tandē
in ei⁹ morte visa ē btā magdalena cū angel' astī
tisse z ei⁹ aiam q̄si cādidā colūbā cū laudib⁹ i ce
lū sustulisse. O ḡ amorose iesu. o admirabil' de⁹
q̄ nos peccores nō spernis sed penitētes susciꝑis.
ecce oñdisti pietatē tuā in magdalena. O felicissi
ma dña. o chri amica beata magdalena te deꝓca
mur ꝙ dulci Jesu amore ipetra nob venia z gra
tia in pñti ac gl'iam in futuro a dño Jesu chro: q̄
viuit z regnat in secula seculor⁹ Amen.

De sco Jacobo apl'o Sermo ꝑm⁹ cū legēda.

Erit sepulcr⁹ eius glorios⁹. Esa. lx. z ad laudē huius fe
stiuitatis. Quāuis em̄ hec ver
ba ad lram tcpta sint de sepulcro chri in q̄ chr⁹ us
dñs gl'iose resurrexit. m̄ bñ pñt dicta etiā de sepul
cro btī iacobi apl'i. qđ deuotiōe fidelitū visitātiū
ꝑ mūdū rutilat gl'ia miracl'or⁹ multiplicitū. Naz
vt ait Aug'li. j. de ciui. dei. nō sūt ꝓtenenda ꝙnpo
tius bonorāda corꝑa sctor⁹ i sepulcr⁹. qz ill'tāq̄
organis z vasis ad oīa bona opa vsus est spūs
sctus. Sic exēpli gr̄a videm⁹ ꝙ magno bonore
venerať calix i q̄ ꝓsecrať sanguis chri: q̄uis calix
nil sentiat de spūsctō chri. nec viuat ex eo. multo
magis ḡ debēt venerari corꝑa fidelitū z sctor⁹ in q̄
bus vixerūt z opati sūt bona i spūsctō chri. Un
bti iacobi corp⁹ z ei⁹ sepulcrū merito ꝙ totū mū
dū ab horib⁹ visitañ. bonorať. vbi de⁹ mlt'aplicia
miracl'a opando gl'ificať in ipo scto Jacobo. Be
ne itaq̄ de eo dr. Erit inq̄t sepulcr⁹ ei⁹ gl'iosus. Ju
rta q̄ vba ipe btus Jacobus cōmendať de trib⁹
de quib⁹ agemus in hoc ꝑmone.

Prio de sepulcri reuerētia. ibi. Erit sepulcr⁹

Scdo de ꝓpulegij gratia qz dicať. Sepulcr⁹ eius. s. sancti priuilegiatus.

Tertio de martyrij gl'ia. qz dr gl'iosum.

A Circa ꝑmū de reuerēdo sepulcro bti iacobi sufficiat breuiter ꝙ ꝓcl'one q̄ btus iacob⁹ specia
li ꝙ priuilegio habet a deo. s. q̄ eius sepulcrū vi
sitať reuerēter ꝓ ceteris sctis a multo ꝑpio. Et cla
ret ꝑmo ex ħ q̄ miracl'ose illuc ei⁹ corp⁹ est a iu
dea trāslatū z ibi tumulatū: vt in legēda ei⁹ dicet
infra. Scdo ex ħ q̄ visitātes illō hoies iuuat be
atus Jacob⁹ i vita z in morte z p⁹ morte vt mul
tis miracul' mōstratū est de qb⁹ in legēda. Ter
tio ex ħ q̄ q̄ūq̄z votū fecerit de visitādo eius se
pulcro sol⁹ papa z nō al⁹ pōt dispensare vel cō
mutatōem facere. Un casus papal'is voto dispē
sare vl' cōmutare. Si petas. vñ ħ habeť. Rñr fz
fratrē Ange. de claua. i sua sū. sic dr. Quo ad q̄ꝺ
tuor vota inq̄t sol⁹ papa dispēsat. s. i voto soleni
religiōis. in voto hierosolymitano. i voto scti ia
cobi. z in voto visitādi limia apl'or⁹ petri z Pau
li. Et sic ꝥuať i facto: licz nll'o iure tueniať exp'sū
nisi ħ voto ꝙ subsidio ipi⁹ terre sce. vt ħ vo. z vo
ti redēp. c. ex mlta. z sic tenet ꝓsuetudo. Dec vbi
supā. Et plura q̄ ad ħ ibidē. Quarto declarať cō
clusio ex ħ q̄ sic voluit chr⁹ dns cōplere petitiōz
mris ipi⁹. s. scti iacobi z ioānis. Nā scribiť Mat.
xx. z in euāgelio recitať hodierno. Accessit ad Je
sū mr filior⁹ zebedei adorās z petens. Dic inq̄t vt
hi duo filij mei sedeāt vn⁹ ad dextrā tuā z al⁹ ad
sinistrā tuā in reḡ tuo. Noc nimirū videť chr⁹ sic
ipl'esse duplicať. Prio q̄ ad eor⁹ corꝑa. Nā ioānis
corp⁹ est in dextera collocatū. s. i celo: qz i terr' nō
est inuētū ei⁹ corp⁹ sz putať esse i celo ꝑm Hiero.
z Grācis. May. Et cōmus docť tenēt. Corp⁹ vero
bti iacobi ē ad sinistrā chri. qz in ħ mūdo ꝓcipue
bonorať i sepulcro. Dic aūt Greg. i hom. paschali
q̄ ꝙ dexterā vita btā. z ꝙ sinistrā vita ꝑsens signi
ficať. iurta illud Can. ij. Leua ei⁹ sub capite meo
z dextera eius amplexabiť me. Voluit itaq̄ rps
bonorē dextre ioanni ꝓbere. i. celestē ꝑm ei⁹ cor
pus. z sinistralē bonorē iacobo. i. terrenū ꝑm cor
pus. Uerūtñ q̄ ad aiaz vtroq̄z bonorari voluit
in dextera. i. in celesti patria. Scdo ħ idē iplenit
chr⁹ q̄ ad mūdū vl' in pñti terra. qz Joānes iacet

et ꝓte orientis. vicz in Ephesо vbi sepulturā sibi parari iussit. licz de sepulcro illo puretur in celuz trāslatꝰ. Sed iacobꝰ reqescit in ꝓte occidēt i mūdo. z sic ioannes est a dextris z iacobꝰ a sinistris Nā ſm phm de celo. Dextꝛ mūdi est orīes vñ incipit motꝰ celi. z occidēs est sinistrū mūdi. Et sic patet q̄ chr̄s btō Jacobo dedit ꝓ speciali ꝓuilegio iuxta petitionē mr̄is eoꝝ vt honorēt ab oīb ad occidētalē mundi plagā in sepulcro ꝑ ceteris

¶ Sed vt ad moralē edificatiōem ꝙuertamus sermonē. Notandū ō sepulcro ſm Bonauen. in ser. alioſqz sīt. q̄ quadrupler boim sepulcruz diſtinguitur in scriptura sacra.

Primū est criminale z detestandū.
Scōm est materiale z memorandū.
Tertiū est infernale z formidandū.
Quartū est supnale z desiderandū.

Primū est criminale z detestandū qz est crimīe plenū. de q̄ Pſ. Sepulcꝛ patēs est guttur eoꝝ liguis suis dolose agebāt. Venenū aſpidū sub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictōe z amaritu. plenū est. vel. o. pe. eo. ad ef. sang. Querit q̄re tales pctōres dicunt sepulcrū vel assimilant sepulcro Rñdet ſm glo. sup Pſ. z in originali allegatur di. sic. Mortue iuāt anie coꝛpꝰ sepulcꝛ est. qz in euangelio dñs talib dicit. Similes estis sepulcris dealbatis q̄ foris apparēt boib ſpeciosa: intꝰ vero plena sunt ossib mortuoꝝ z oīi ſpurcicia Nec glo. Nā reuera in talib fetoꝛ vicioꝝ maioꝛ erbalat q̄z in sepulcro. Ideo dicit pſ. q̄ sepulcrū patēs. Plus eī nocet fetoꝛ anie q̄z coꝛpis. qz vt dicit Bern. ꝑcioſſoꝛ est aia oi coꝛpe. Un̄ q̄nto ꝑ cio carioꝛ: tanto dāno est maioꝛ in fetoꝛe pcti. De nigz qz tales ferēt in gutture ꝓ gulā. ió ōz guttur eoꝝ. Ferēt in lingua ꝓ detractōez. Ideo ōz in pſ. Linguis suis dolose agebāt. Itē ferent in labijs blaſphemādo deū z ꝓximos maledicēdo ac diſcoꝛdiā seminando. Ideo ōz. Venenū aſpidū sub labijs eoꝝ. q̄ꝝ os maledictiōe z amaritu. zē. Item potes q̄rere q̄re Pſ. ibi ōt. venenū aſpidum potius q̄z alioꝝ serpentū. Rñdet q̄ sicut refert Jacobꝰ Lausan⁹ i suis ſmonib: venenū aſpidum est tale q̄ facit boīem obdoꝛmire: z sic doꝛmiens moꝛit. vñ dolorez mortis nō sentit. Propter qō Cleopatra nolēs mortis dolorē sentire: bibit venenū aſpidū q̄ obdoꝛmiēdo ē mortua. Sic et ꝛes peccatoꝛes facit diabolꝰ in pctis doꝛmire ne sentiāt dolorē pcti. qz facē eos in ipis iacere delectabiliter z rari sunt q̄ dolorē pnie sentiant vere satiſfaciēdo z famā restituēdo: qō tñ tenerent: z sic moꝛiunt in eis eterna morte. Un̄ Hiero. Diffamare caue: nā reuocare gue. patz ḡ. Scōm sepulcrū est materiale z memorandū. de q̄ habemus oīes in die iudicij resurgere. iuxta illud Ezech. xxxvij. Ecce ego aperiā tumulos vr̄os z educam vos de sepulcris vr̄is ꝓphe mꝰ zē. Hoc sepulcrū est nobis sp memorādū. Nā vt dic Aug. monumentū oꝛ q̄si monēs mentē ad recognoſcēdū ſcz nos fore morti debitos z ponendos in sepulcro tāstricto fetido z obſcuro ne ſupbiam⁹. Un Jo. no cētius tertius dic. Heu frēs attēdite: q̄ paulo ante indyꝰ resīdebat in domo: ecce q̄ꝑpaup iacet in tumulo. z q̄ gl'iosus incedebat in aula: ecce iſ despect⁹ iacet in tūba. z q̄ vescebat delitijs. in conaculo: ecce nūc ꝙsumit vermib in sepulcro.

D Tertiū est sepulcrū infernale q̄ dō est multum Aortuꝰ est diues z sepulc⁹ est in iferno. Quarto ꝙsultꝰ iste diues panes hordeaceos comedit. venisset vt in cozmēt guttā aq̄ quā tā pl⁹ q̄ mille annis desiderauit nec habere potest. Deb oīa infernali sepulcro Pſ. dicit. Veniat mors sup illos. s. malos. z descendāt in infernū viuētes. Hebraica habet in sepulcrū. Sed q̄re dicit viuentes: cū nō nisi mortui habeāt sepeliri vel in inferno poni. Rñdet q̄ ideo. qz plerunq̄ mali tales credūt se esse viuos: cū tota habeāt ꝙciam nec curāt de morte aie cū tñ in vitate mortui sunt. Jer. ideo etiā qz pctōres bñt volūtatē obſtinatā i peccatis nec volūt fructuoſe penitere. Talis aut⁹ vita est infernal z diabolica. Aug. z Chrys. Dicit nū est peccare sed diabolicū est in pctō ꝑseuerare. Et sic tales viuētes mortui sunt

Quartū est sepulcrū supnale. i. celeste. de q̄ Job. v. Ingredieris in abūdātia sepulcrū sīc infert acerꝰ erit⁹ in tpe suo. Tēpus eī inferēdi triticū in horreū est tps messis. Messis aūt est ꝙsumatō ſeculi. Et ihs bō iustus in fine mūdi coꝛpe z aia i celeste sepulcrū ingredief in abūdātia meritoꝝ z ꝓmioꝝ vite eternū ibi cū chr̄o regnet. z ideo b̄ sepulcrū ſūme est desiderandū. iuxta illud Pſ. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū ꝙcu. z deficit aia mea. a. t. Btūs ita q̄z iacob⁹ q̄ chr̄m ꝑfecte dilexit inter cū chr̄o regnat in celesti ꝓtia vbi amplissima donis felicit honorat in aia. In coꝛpe aūt honorat in sepulcro terrestri sup sepulcra omniuz regum mūdi. Et⁹ ḡ exēplo z nos fuiam⁹ chr̄o vt celeste assēq̄mur honorē. Greg. Si culmē vem honoris q̄rit⁹. ad celeste regnū tēdite. Si vere diuitias amate cupit⁹: veras diuitias amate

¶ Quero nūq̄ ate o bō: dic mihi. q̄d est illud q̄ q̄nto senescit⁹ to iuuenescit. z q̄nto iuuenescit tāto pei⁹ fit. Ad id rñdet q̄ auaricia vel amoꝛ mundi. Hieron. Sola est auaricia q̄ in senib iuuenescat: cum oīa vicia seneſcāt. z tāto peius vicū est. q̄ diuti⁹ fer⁹ delectat. Itē q̄d est illō q̄ q̄nto senescit⁹ to ē meli⁹. Ad b̄ rñdet q̄ teste Greg. pupilla oculi q̄nto est minoꝛ z nigrioꝛ: tāto est lucidioꝛ z melioꝛ. Spūal'r. q̄nto bō videt se hūiliādo minoꝛ in ꝓpꝛijs oculi mētis. tāto est melioꝛ. Ihr. Tanto coꝛā deo q̄sq̄z est acceptioꝛ: q̄nto apō se reputat despectioꝛ. Itē adhuc q̄ro te q̄d est illō q̄ q̄nto modicū tanto melius. Rñdet q̄ patiū z pau

vel reatus vt daret. Sed q̄d est qđ q̄nto pl⁹ du/
rat tāto mel⁹ est. Utiq; gl'ia celestⁱ q̄ nunq̄ mar
cescit sed sp felicitate in deo crescit. qz de⁹ sp cū no
ua admiratiōe videt. Ūñ Sap. vj. Clara est z q̄
nunq̄ marcescit sapia. ℣ g̃ bō exēplo bti Jaco/
bi ꝓtēne mūdū si vis bñe deū. Stude te būili⁹ p
ternū. eligere tibi celestē gl'iā q̄rere quo melius
non potuit inueniri.

℣ Circa secundū de gr̃a ꝓuilegioꝝ bti iacobi sit
ꝓ ꝓclusione q̄ bñdict⁹ iesus btm̃ Jacobū apl'm
mag̃ sublimauit gr̃a ꝓuilegioꝝ. Et ꝺclarat ex q̄t
tuor eius ꝓuileghs. Primū ꝓuilegiū cognatio/
nis. qz fuit nepos btē v̄ginis Marie z sic ꝓsan/
guine⁹ chr̃i sic z ioānes frat ei⁹: fuerūt ei filij Ze
bedei de maria tercia filia btē anne ꝓgeniti. z per
ꝓns Jacob⁹ fuit chr̃o z btē v̄gini Marie ꝓsobri⁹
dilect⁹. tū rone ꝓpinq̄tatis. tū rone sc̄itatis.
fm Aug. ipos ꝓsanguineos diligere debemus
in q̄ntū ꝓpinq̄os. sed eos dē malos diligere nō debe/
mus. Sic inq̄t diligāt boies vt nō diligāt eoꝝ
errores. q̄ si sūt boni tāto dupl'r sūt ꝓdiligēdi. sc̄z
vt ꝓpinq̄ z vt boni. Si q̄ras. quō bō possit i bac
dignitate btm̃ Jacobū imitari. Rñdet q̄ p ꝓce/
ptoꝝ diuinoꝝ obſuantiā z volūtatis diuine cō
formationē. Ūñ Mar. iij. saluator dixit. Qui fe/
cerit volūtatē dei: hic frat⁹ me⁹ z soror mea z mr̃
est. Scōm ꝓuilegiū cognomiatōis. qz ipe vo
cat⁹ est iacob⁹ maior sic alē iacob⁹ minor q̄ tñ era/
te fuit maior iacobo maiore vocato. Quare g̃ vo
catus sit maior. Rñdet q̄ ꝑmo qz iste ꝓus voca
tus fuit a chr̃o ad apl'atū q̄s ille. Solet aūt senio
res vel maiores dici q̄ sunt vocati ꝓus in religio
nem: etiā si etate sint iuniores. Scōo rone fami/
liaritat⁹. qz maiorē familiaritatē videt babuisse
chr̃s cū isto q̄s cū alio. ipm em̃ ad secreta sua ma
gis admittebat: vt patz in trāſfiguratiōe z oꝛone
in mōte oliueti q̄n chr̃s capt⁹ est. Tertiū ꝓuilegiū passionis
cruciatus. Tertiū ꝓuilegiū ꝓmationis. qz inter
apl'os fuit nō vltim⁹ sz post duos ꝑmus. s. post
petrū z ioannē: vt patet Mar. iij. Primitas aūt
in vir⁹ pfect⁹ sic fuit inē apl'os fm merita sc̄itat⁹
z pfectōis bz fieri. Quartū ꝓuilegiū passionis
qz inē oēs duodeci apl'os ipe ꝑm⁹ ꝓ chr̃o pass⁹
fuit. z sic ꝑmus ad celestē gl'iam inuitat⁹. Solet
q̄pe miles gl'iari de b ꝙ in ꝑmo bello ipe trium
phū coꝝ rege babuit. z ꝙ ipe ꝑmo oīm a rege in
uitat⁹ vt secū sedeat z bmōi. Pati aūt ꝓ chr̃o ē ma/
ime gl'iosum. Et idcirco chr̃s iacobo speciale
honoꝛē exbibuit in sua passiōe sic ꝺt Calixt⁹ pa/
pa in b ꝓ ceteris ꝙ vicz martyriū sustinuit i die q̄
chr̃s fuit annūciat⁹ z passus. ¶ Querit hic
Cur chr̃s dñs eos q̄s maiori gr̃a diligit maiori
tribulatiōi in mūdo exponit. vt patz de iacobo z
alijs aplis ꝓdilect⁹. Rñdet fm doctō. ꝙ primo
rone ꝓpter vt. s. innotescāt v̄rtutes sc̄oꝝ nob i erē
plū anjandi ad sil'ia. Tā z i bello rex solet fortio
res z ꝓuiosiores alijs ꝓpōstituere in acie. Unde
Iob. ij. scribit ꝙ idō de⁹ ꝓmisit tēt̄ationē Tobie
sicut z sc̄i Job: vt poster⁹ darent exēplū patientie
Scōo rone meritorie adq̄sitiōis. Hre. in moral'.
Sc̄i dei q̄ alt⁹ ꝓficiūt: tāto qō graui⁹ tolerēt in
ueniūt. Sic inq̄t ignis flatu ꝓmit vt crescat. Jtē
Bern̄. in ser. xj. Quotiēs vicio restiter⁹: totiēs co
ronaber⁹. Tertio rone diuie dilectōis. qz p patie
tiā mag⁹ assimilant chr̃o z mag⁹ diligūt ꝓ fideli/
tate ꝓseuerationis ꝓbata. Ūñ. ij. Tim. iij. Oēs q̄
pie volūt viuere in chr̃o ꝓsecu. pati. Amb. super
Bti imaculati. Quāto maior ꝫ tribulatio: tāto
vberior in chr̃o ꝓsolatio. Hinc Augu. orabat di.
Pñe ꝫ vre hic seca: da pacē in futuro. Hec suffici
ant ℣ Circa tertiū de martyrio bti iacobi sit
ꝓ ꝓclusione q̄ btūs iacob⁹ in suo martyrio ē glo
rificatus multiplici miraculo. claret ex legenda.

Cū em̃ pdicādo iacob⁹ venisset in Legenda.
bispaniā: ibiq; paucos ꝙuertere potuisset. redijt
g̃ in iudeā vbi duz pdicaret erat mag⁹ qdā noie
hermogenes: q̄ cōspirādo cū pbariseis misit di/
scipulū suū noie pbiletū ad iacobū vt ei⁹ pdica/
tionē coz̄ā iudeis falsam eē ꝓbaret. Sz illū apl's
coz̄ā oīb⁹ rōnabiliter ꝙuicit z multa miracula co
ram eo fecit. Pbiletus g̃ rediēs ad hermogenez
doctrinā iacobi approbauit: se discipulum illius
velle fieri ꝓtestās. Cūc irat⁹ ille arte magica imo
bilē fecit pbiletū. qō cū ille iacobo ꝙ puez nunci/
asset: misit iacob⁹ sudariū suū ad eū q̄ tact⁹ mor
solut⁹ est z hermogeni insultauit ac ad iacobum
ꝓperauit. Tunc hermogenes demones vocauit
ꝑcipiēs eis vt iacobū simℓ cū pbileto vinctos ad
ducerēt. Qui veniētes in aere vlulare ceperūt di.
Jacobe apl'e miserere nobis qz acriter ardemus
Quos inꝛogauit iacob⁹ di. Ut q̄d huc venistis
q̄ rñderunt. Hermogenes misit vt te adducere/
mus vinctū: sed ecce angelus dei igneis catenis
religauit nos z cruciamur. Quib⁹ iacob⁹ ait. Et
oluat vos angelus dñi: ite z vinctū hermogenē
adducite sed illesum. z sic ille ligat⁹ est adductus
Tādē iacob⁹ pbileto ait. vt bona ꝙ malis redda
mus sic chr̃s nos docuit. solue hermogenē q̄ re
ligauerat. solut⁹ ille ꝓfusus stetit. Et Jacob⁹ ait
vade liber q̄ vis. At ille. Ego noui iras demonū
nisi aliq̄d mihi dederis qō mecū habeā occident
me. Cui iacob⁹ baculū suū dedit. Ille aūt ꝓgens
oēs libꝛos artis magice ad apl'um attulit z pcī/
dēs dixit. Hiaz liberator accipe me penitētē. z sic
apl'us ipm̃ suscepit z libꝛos illos in mare ꝓiecit
Cepit aūt hermogenes in timoꝛe dī esse pfectus
adeo vt virtutes ꝙ eum plurime fierēt. Tūc abia
thar pōtifex z iudei videntes ꝙ hermogenes essz
ad chr̃m ꝙuersus z iacob⁹ iesum pdicaret: cōcita
rūt seditiōez z ligatū apl'm fune in collo traxerūt
ad agrippam herodē qui iussit ipm̃ decollari. Et
cum educeret⁹: paliticus in via clamauit ad eū vt
ipm̃ in noie iesu sanaret. Ad quē Jacob⁹ ait. In
noie iesu ꝙ q̄ ducoꝛ ad decollādū erurge sanus
de grabato. z mox sanat⁹ surrexit ac dñm bñdi/

rit. Qō vidēs scriba noīe Josias q̄ eum p̄ funem trahebat, precit se ad pedes ap̄li & chr̄ianū se fieri postulauit. Tūc abiurbar illū etiā ligari faciens missa legatiōe ad herodē impetrauit vt cū Jacobo decollaret. & sic ambo martyriū cōsūmauerūt

Decollato itaq; Iacobo discipuli ei⁹ rapuerunt corpus noctu & nauī imposuerūt: ac deo sine regimine cōmittētes: angelo duce in Galiciā applicuerunt. Erat aūt in hispania regina noīe & merito vite Lupa: ad quā discipuli voluerūt intrare vt peterēt sepulture locū ap̄li. Interim deposuerūt corpus de naut & locauerūt sup̄ q̄ndā magnū lapidē: q̄ lapis mox vt cera corp̄i cessit et in sarcophagū se mirabil'r illi coaptauit. Cunq; ad Lupā venissent & mirabilia dei narrassent ac ꝑgruū locus sepulture peterent. illa eos in dolo ad regē hispanie crudelissimū destinauit vt eius sup̄ hꝫ ꝓsensuz req̄rerēt. q̄ discip'los ap̄li i carcerē reclusit. Cū aūt rex discūberet: angel⁹ dñi carcerē apiens libere p̄misit illos abire. Qō ille cognoscēs post eos velocit̄ milites misit ad capiendus Qui cū pontē trāsirēt fracto ponte oēs in fluuiū sunt sūmersi. Qō ille audiēs ꝓtinuit & pnia ductus misit post eos rogans vt redirēt & q̄cq̄d vellent impetrarēt. Illi aūt redeuntes: ꝓp'm ciuitatis ad fidē ꝓuerterūt. Tandē ad Lupā venientes & assensum regis sibi apientes. illa in dolo rñdit. Ite ad illū montē & accipite boues quos ibi habeo: & plaustr̄ iūgite ac corp⁹ dñi vr̄i deferte vt placet. Sciebat em̄ tauros & boues ibi esse indomitos vl' siluestres. & iō putauit q̄ nō possent iūgi vl' si iūgerent: hucillucq; discurrendo currū dissiparēt & illos necarēt. Isti aūt dolū nō cogitantes montē ascēderūt & draconē q̄ndā spirantem. et in eos irruentē cruce oppositā p̄ medium ventrē scindunt Facto etiam signo crucis sup̄ tauros mox māsuescūt. & illos iūgētes: corpus scī Iacobi cū lapide in q̄ iacebat i currū posuerūt. Boues aūt sine alicui⁹ regimie corp⁹ in mediū palatiū lupe detulerūt. Dicit etiā Hermān⁹ in chronica q̄ tūc clara die in cāpo apparuit stella fulgida in aspectu oīm: iū ciuitas illa cāpostella vocat. Hec vidēs Lupa baptizata est. & palatiuz illud in scī Iacobi eccl'iaz dedicauit Anno dñi. xlvij. vbi fiūt mirac'la m'ra meritis scī Iacobi. ō q̄b⁹ in alijs sermonib⁹ aliq̄ scribemus. Rogemus g̃ dñm iesū vt ipius intercessione det nobis gratiam et gloriam in futura patria Amen.

Pro scō Jacobo Ser. ij. de calicis chr̄i bibitōe

Potestis bibere calicē quē ego bibiturus suz: dicūt ei: possum⁹. Matth. xx. & in euāgelio hodierno. Sicut dicit Aug⁹. dñs noster iesus chr̄s idcirco interrogauit filios zebedei. s. iacobū hūc & ioannē fratrē ei⁹ de bibitōe sui calicis q̄n̄ mal' eoꝝ petebat illis sedere in regno chr̄i vnū ad dextrā & alīū ad sinistrā ipi⁹ chr̄i: q̄ntum ex hac interrogatiōe chr̄i facta oēs discere mus q̄ ad regnū celeste q̄uenire n̄ possum⁹ nisi seq̄mur chr̄m i passiōis imitatiōe & alte ꝑ veram pniam. Ipe dicit Matth. iij. Pniam agite & ꝓpinquabit regnū celoꝝ. & Apoc. ij. Esto fidel' vsq; ad mortē & scz patiēdo ꝓ chr̄i fide & amore & dabo tibi coronā vite. Dū g̃ hi duo discipuli. s. iacob⁹ & ioannes matrē sum̄mi fil'sent ad rogādū chr̄m. vt in eius regno sibi fierēt collaterales. Chr̄s interrogauit eos dicēs. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum̄ rē. Iuncta q̄ verba tria mysteria notabimus ꝓ Fmone Fm q̄ beatus Iacobus de his tribus ꝓmendat in verbis istis.

Primo de calicis chr̄i bibitōe. ibi. Potest⁹ bibere (calicē.

Secōo de passionis chr̄i deuotore q̄ ꝓpter se obtulerūt. dicēs. possumus.

Tertio de huius deuotionis valore: q̄s sequatur ad p̄dicta.

Circa p̄mū de bibitiōe calicis chr̄i ꝙstio elicitur occurrit occasiōe p̄dictoꝝ. videlicet chr̄ianos volētes saluari debeāt bibere calicē chr̄i. Ad q̄s notāda ꝓ itellectu sunt tria. Primo q̄d calix accipit̄ est q̄ in scripturis & ꝑcipue in ꝓposito calix accipit̄ ꝓ passiōe: vt dicit Raban⁹ sup̄ Matth. Vñ Ysiō. li. etym. calix ōr a calon grece q̄ est lignum latine. Erat ei antiq̄tus vas ligneū in q̄ ponebant amare ꝙ medicina infirmoꝝ. Et ille amare ꝙ medicina ꝓparabātur ꝓ infirmis merito calix significat amaras passiones chr̄i & eius medicina ꝓtoꝝ nostroꝝ ꝙparata in ligno crucis. Vñ & orādo chr̄s ad patrē: suā passionē vocauit calicē dicēs. Pater si possibile est transfer a me calicem istū: verūtā nō mea sz tua volūtas fiat. Luce xxij. Cū g̃ chr̄s dicit: potest⁹ bibere calicē: intelligauit illos de passiōis chr̄i imitatiōe: quā oportet nos imitari. q̄ ipe ait Luce. xiij. Qui non accipit crucē suā & seq̄t me nō est me dign⁹. Et dicit do notandū est q̄ boies in vita ista fm̄ scripturas varios dicunt bibere calices. Primo mali multi sunt q̄ bibunt calicē ire dei vt q̄ patiuntur sufferūt multas penas & grauitates ac miserias nō ꝓ bona sed ꝓ mala voluntate in ꝓs ꝓsequendo. De tali dicit. xlviij. Inebriatce eū ō calice ire dei q̄ Z dñm erectus est. Notāter dicit inebriatce q̄ sicut ebrius nō sentit vbera. sic isti ꝓsperitates nera. Secōo alij sūt patientes ꝓ mūdo. & bibunt calicē mūdi. De q̄ dicit. xlj. Calix aur⁹ babylon q̄ inebrias oēm terrā. de vino cuius in manu dñi inebrias oēm terrā. de vino cuius berūt oēs gētes. Mūdan⁹ em̄ amor: est tēpl⁹ babylon q̄ inebriat fm dicit ꝙfusio. q̄ ꝓfusio. q̄ ꝓfusio in morte q̄n nudū e mūdo exire cōpellit. Tertio vj. Nil intulim⁹ in hūc mūdū haud dubiū q̄ nec ꝓ. Magna g̃ ꝙfusio tūc erit ꝙ erāt bibi dē bibit ō aureo calice. q̄ auz diligit & seruat tū est i manu dñi. i. ꝓtāc qui q̄n vult accipit ꝓ mortē. Sed heu q̄ iste pessim⁹ calix inebriauit oēm terrā & oēs gētes. q̄ oēs toto affectu seq̄untur mundana: ꝓpās: honores: diuitias: ad ꝓmp-

desudantes. Tales aũt inebriat; assimilant. z p̃ capue tali de q̃ narrat q̃ ereũdo de sua domo ad ciuitates longinq̃s ibi inebriat⁹ nesciuit domũ redire. Sed cũ hospitaret via intermedia i supi; stra ecce dormieti apparuit q̃dã formosa mulier offerẽs cyphũ ad potandũ. quẽ iste sitiẽs voluit rape. illa retrahẽte manũ cũ cypho: iste insequ vo; re mũdi nescit redire ad patriã celestẽ ad quã cre; atus est ihabitãdũ. sz i alto pspitat; z ambitiõis bospitat⁹ cũ rape vellet ea q̃ sitit nec posset ad li; bitũ in mũdo habere cupiditatẽ: inseq̃ndo cadit fi. inci. in la. diaboli z ꝑditiõez. ℣ Tertio alij sunt in p̃apitiũ inferni. j. Tim. vj. Qui volũt diuites fulphur z spũs procellaꝝ ꝑs calicis eoꝝ. In q̃ nota tur tripler por⁹. Primus ignis p̃ue ꝓcupiscẽtie. Scõs por⁹ sulphuris. qõ significat fetorẽ erple te luxurie. Tert⁹ est spũs procellaꝝ. i. tẽpestatũ ire z inuidie z alioꝝ oim viciorꝝ. Sed q̃re dic. paras calicẽ eoꝝ z nõ totũ: vl̃ absolute calicẽ eoꝝ. Rñr q̃ pcõres bic i p̃nti habẽt ptẽ tm̃ pcti. s. maculã z reatũ. sz i futuro babebũt sit̃ z aliã ptẽ. s. penaz infernalẽ. z sic in p̃nti bibũt totũ calicẽ. In futuro bibẽt totũ calicẽ diaboli. sed ꝺz notanter ꝑs calicis eoꝝ ad significandũ q̃ in gehẽna est tãta pena q̃ nõ põt bñ exp̃mi tota ver bis. O q̃ incõprehensibil' ille ignis peccatoꝝ in infer no. O q̃ntus fetor ibi sup totus mũdi sulphur o q̃nte tẽpestates. Quarto alij sũt q̃ bibũt de cali ce christi ihesu bñdicti. vt sũt boni chr̃iani q̃ ipi⁹ pas sionẽ imitant̃. z ei fideliter deseruiũt. Di cũ chr̃o regnare merent̃. D Tertio q̃ ad q̃stionẽ ꝓpo+ sitã. s. quõ ꝺbeãt fideles saluãdi bibere calicẽ chr̃i Rñdendo notãdũ q̃ p̃cipue tripliciter. Primo ꝺa pterã crucifigendo in seipis p verã pniam. ad Hal. v. Qui chr̃i sũt carnẽ suã crucifixerunt cũ vi cijs z ꝓcupiscẽtijs: ita q̃ ñ regnet i eis pctm̃. Uñ ad hunc modũ bibẽdi calicẽ chr̃i. i. imitãdi eius passionẽ oẽs chr̃iani obligant̃. Nã. j. Pet. ij. In B inq̃t vocati est⁹: q̃ chr̃s passus est p nobis vo bis relinq̃ns exẽplũ vt seq̃mini vestigia ei⁹ q̃ pec catũ nõ fecit rc. Scõs p martyriũ tolerãtiã vl̃ de siderũ. z B est pfectoꝝ. Si q̃ras: nunq̃d ad B re; neãt oẽs chr̃iani i q̃ntulacũq̃ charitate ꝓstituti sẽs vt morte desiderẽt vl̃ subeãt p chr̃o. Ad B rñr ꝑs Bonauẽ. sup. iij. dis. xxx. q. j. ar. ij. q̃ p loco z tpe vbi talis optio ꝺat̃ q̃ aut iusticia deserat̃ vel vita ꝑdat̃. Ibi oẽs q̃ntũcũq̃ sint imꝑfecti tenẽt morte subire z ꝑeligere magis deo dilecto mori q̃ ipo offenso viuere. Ubi ꝓo tal' necessitas non iminet nõ tenẽt bõ sz cũ offert se oportũitas ma nifestãdi diuinã gl'iaz z edificandi eccl'iam si in B casu se morti ꝺs exponat pfectõis est z superoga tionis ad quã nõ oẽs tenẽt̃. Hec Bonauẽ. Ter; tio ꝺbẽt fideles calicẽ chr̃i bibere p deuotã reco gitationẽ passiõis eius z memoriã: z B est deuo; toꝝ. De B agem⁹ in duob⁹ sequentib⁹ articulis Btũs itaq̃ Jacob⁹ bis modis bibit calicẽ chr̃i. ergo nũc regnat cũ chr̃o. O ergo chr̃iana aia stu de p posse eũ imitari saltez p̃mo z tertio modis: vt valeas in celo regnare. £

℣ Circa scõm de passiõis chr̃i deuotiõe q̃rit̃. qua liter fidelis aia debeat habere deuotiõez ad chr̃i iesu passionẽ vt sic vere dicat̃ bibere calicem chr̃i Ad q̃ rñdet̃ fm scripturas z documenta sctõꝝ. q̃ p̃cipue quattuor modis

Primo recogitãdo frequenter.

℣ Scõo cõpatiendo feruenter.

Tertio gr̃as agendo reuerẽter.

℣ Quarto obsequẽdo fideliter.

Primo itaq̃ ꝺuorũ erga passionẽ chr̃i ꝓsistit z exi; ercẽda ẽ recogitãdo eã freq̃nt̃. vñ Tbren. iij. Re; cordare pauptat; mee absinthij z fellis. z Lanc. viij. Pone me vt signaculũ sup cor tuũ vt sig̃cu lũ sup brachiũ tuũ: q̃ fort; est vt mors dilectio. Dicit vt signaculũ. i. vt sigillũ. qñ em̃ sigilluz po; nit̃ sup cerã imꝑmit ei suam silitudinẽ. sic passio chr̃i debz imꝑmi cordi q̃ in passiõe aia fit chr̃iform mis. q̃ amor habz vim trãsformatiuã amãt; in amatũ. vt dic̃ Hugo de arra aie. Dicit g̃ sup cor ponẽdũ fm Lyrã: q̃ qõ valde diligit sup cor po ni ꝺz. Addit z sup brachiũ. p qõ opatio ꝺsignat. q̃ man⁹ est organũ organoꝝ. iij. de aia. Hinc Berñ. Sit iesus sp in corde tuo: sp i ore z ope. i quẽ oẽs tui sensus dirigãt̃ z act⁹. vt possz. s. dice re illõ Lañ. ij. Fascicul⁹ myrrhe: p amara ei⁹ pas siõe. dilect⁹ me⁹ mihi int̃ vba. i. in corde cõmora.

Scõo cõpatiẽdo feruẽter. vñ Phil'. ij. Frẽs B sentite in vob qõ z in chr̃o iesu rc. Joãnes ꝺ sctõ geminiano. Lõueniẽs ẽ vt sẽtiat mẽbꝝ qõ sentit caput ne fiat distinctio i corpe. Aridũ q̃ppe vel pa; lyticũ est mẽbꝝ qõ nõ sentit dolorẽ capitis. Sic aridũ mẽbrũ est chr̃ian⁹ pctõr q̃ nõ cõpatit chr̃o capiti. ℣ Tertio gr̃as agẽdo reuerẽter. q̃ multũ tenemur p tali z tãto bñficio. vñ Berñ. sup Lanc. O pter hoiez gr̃iosuz eẽ deo: q̃ libent̃ dona mul tiplicant̃ si ꝑora bñ gr̃a vident̃. hec Berñ. £

